

16  
1.  
16  
1.  
2.  
16  
1.  
2.  
16  
1.  
2.  
16  
1.  
2.  
16  
1.  
2.  
16  
1.  
2.





1670.

1. Coch, Gerhardus: De bonis impuberis arrogati et  
quarta bonorum arrogatoris ei debita.

1668.

1. Hohner, Franciscus: De successione.
2. Schuen, Christianus: De matrimonio et morganaticam

1674.

1. Meierus, Hieronymus: De pine.
2. Meierus, Hieronymus: De chasta blanca.

1676.

1. Herden, Nicolaus: De privilegiatis immediatorum S. R. F.  
procurator instantis vulgo die kurtige.
2. Schuen, Hermannus: Nouvothetia Anton - Gunteriana  
glossata sive juris provincialis Rastriugiae Trans-jadanae

1679

1. Rheden, Johannes, a: De alienatione

1692.

1. Tken, Conradus: De poenitentia in contractibus immunitatis



1695

1. Hupedensis, Wilhelmus: De jure iustitatis

1702

1. Coccejus, Henricus: De jure circa nomina.

2. Hupedensis, Wilhelmus: De translatione jurium  
defuncti in haeredem 1. Aufl. 1702 et 1758

1708

1. Rheden, Casparus: De jure handfastario Bremensi.

1711

1. Rheden, Casparus: De matrimonio conjugis altero  
conjugem atque vivente

1712

1. Rheden, Casparus: De emptione spei et rei speratae

1713.

1. Rheden, Casparus: De poena cogitationum

2. Rheden, Casparus: De differentia bonorum mobilium et  
immobilium.



1713.

3. Rheden, Casparus, a: De Carolo III... Romanorum  
Imperatoris... electione, coronatione et aliis,  
quae huc spectent.

1714.

1. Rheden, Casparus, a: De exhaeritatione absque eligio

2. Rheden, Casparus, a: De lege Julia miscella abrogata  
et deinde revocata

3. Rheden, Casparus, a: De virgine vidua ejusque juribus




1710.  
3. Oktober, Leipzig, 1. Teil. II. ...  
...  
1711.  
1. Oktober, Leipzig, 1. Teil. II. ...  
...  
1712.  
1. Oktober, Leipzig, 1. Teil. II. ...  
...  
1713.  
1. Oktober, Leipzig, 1. Teil. II. ...  
...













XVIII. 19 7

NOMOTHESIA ANTHON - GUN-  
TERIANA GLOSSATA

sive

JURIS PROVIN-  
CIALIS RUSTRINGIÆ  
TRANS-JADANÆ

1676, 2.

(Vulgò Stadt und Butjadingerlandt)

DISQUISITIO JURIDICA

Quam

Sub

Auxilio à Domino

et

PRÆSIDIO

*Nobilissimi, Amplissimi & Consultissimi*

DN. HERMANNI **Schönen**

J. U. Doctoris & Pandect. Professoris publici,  
Præceptoris sui quavis animi promptitudine  
piè devenerandi,

Bremâ, post quinquennale studium ad Academias  
abituriens,

*Publicæ Eruditorum censura offerre*

HENRICUS HODDERSEN

Trans-Jadan-Fris: Author,

*Ad diem XXII. April. in Auditorio Juridico*

18



Bremæ Typis Hermannii Braueri, ibidem illustris Gymnasii  
Typographi, Anno M. DC LXXVI.

(Diss. jur. vol. 108)

Phoenix pro pro. Rustringia

ad.  
3000

3000

3000







*A. Tres - Haut , tres - Excelent &  
tres - Illustre Seigneur*

*MONSEIGNEUR*

**ANTOINE**

Comte du saint Empire, Baron  
d' Aldenbourg, seigneur de  
Varel & Kniphausen, Conseiller  
du Roide Dennemarck, Nor-  
vvegue &c. en ses conseils pri-  
vés, Chevalier de l'ordre de l'Ele-  
fant.

*MONSEIGNEUR.*



*E procederois mal en traitant des lois; si je ne començois  
par la pratique de ce qu' eles ordonnent et j' en serois  
moi même le violateur si je ne rendois à un chacun ce  
qui lui*



3

lui qui appartient. C'est ce que je viens effectuer offrant à Votre Excellence cete dispute et ma voix pour la soutenir pour témoignage de la reconnoissance, que je doi aus faveurs et aus bienfaits que mes ancêtres & moi avons receus de l' Illustre ancienne & liberale Maison d' Oldenbourg; Maison qui n'a pas moins eu de passion pour les lois humaines que pour les divines. Une sublime sagesse lui a persuadé que ces deus colonnes étoient le pui de l'etat, la joye de l'innocence, la terreur de la malice, le moyen d'atirer la benediction de Dieu sur le pays & l'entretien de lapais. Les sujets de votre illustre Maison en ont joui & du repos en l'abondance, pendant que l'Europe étoit déchirée d'une longue guerre, qui a joué de sanglantes tragedies, dont ils ont été spectateurs sans participer à une misere presqw universelle. C'est un bon-heur au quel j'ai participé en la persone de mes ancêtres, qui ne le peuvent venter qu'en vantant vos faveurs, dont la grandeur & le nombre leur a imprimé de si vifs ressentimens de reconnoissance ~~et~~, qu'ils ont passé avec le sang jusqw à moi & je m'en sens enflammé d'une juste passion pour le service de Votre Excellence, qui etes notre bienfaiteur ausi bien que feu Monseig<sup>r</sup>. votre Pere de Glorieuse memoire. Si l'on ne savoit pas, que vous etes fils de ce Grand Illustre & Religieus Seigneur; La grandeur de votre ame, votre genereuse liberalité, votre insigne pieté, vertu hereditaire à votre illustre Maison & si peu ordinaire aus Grands, en instruiroient la posterité & quand même l'ingratitude fermeroit



4  
roit la bouche aus veuves & aus Orfelins, elle l'aprendroit  
des temples & des hôpitaus, que votre Excellence a fait bâtir. Je  
rose dire que ce petit mot, de peur de m'atirer de l'indignation  
où je brigue de la faveur. Je suplie votre Excellence d'agrè-  
er la dedicace de cete dispute comme l'aveu de mes obligations,  
l'arre de mon obeissance; comme une marque de ma venera-  
tion & une preuve de la passion que j'ai pour son service: espe-  
rant en les favorables regards de vôtre Excellence je me pro-  
mets de Son extreme bonté qu'ele agréera le respect & le ze-  
le avec le quel je suis,

MONSEIGNEUR


De votre Excellence

Le tres-humble tres-obèis-  
sant & plus-obligé servi-  
teur & sujet

Henri Hoddersen  
Trans-Jadanois Frison.

In






In nomine Domini nostri Iesu Christi ad  
actum hunc rectè progredimur *l. 2. C. de offic. pres:*

*prat: Afric.*

### Prælimen.



Um rei pars potissima sit principium *l. 1. ff. d. es*  
*Orig. jur. & interpretationem promittenti non*  
conveniat, omisiss initiis atque re à fonte non  
repetita, aliquid melioris momenti inchoare,  
*d. l. 1. ff. d. O. j. l. tutor datus 69. ff. de fidejuss: l.*  
*33. ff. de donationibus,* ad quem tanquam ad ne-  
gotii basin primò respiciendum, *Cothman*  
*Resp: Acad: 1. n. 423,* felicioris progressûs ne-  
gotium erit, statuta patria ad rationis & ci-

vilium legum trutinam examinare in animum inducenti, paucis  
Legislatorem, provinciam & hujus instituti causam ordine com-  
memorare. Currebat adhuc seculum, quod suis cœvis exitiale  
fuit & clangorem armorum, discordiâ animis in martialem furo-  
rem dissolutis, corpora in suo sanguine natantia facientium, hor-  
ribilem audivit, terribilesque apparatus vidit, dum Illustrissimus  
Comes Dominus Anthonius Gunterus Comes in Oldenburg &  
Delmenhorst, Dynasta in Jehvern & Kniephausen gloriosæ recor-  
dationis, non bellicâ sed plus quam Heroicâ animi Vi & majori  
in unam sapientum septem coalita sapientia, dulcissimam, tot graf-  
fantium undique hostium catervis amolitis, pacis quietem & pri-  
vatam concordiam, rixarum fonte, qui *meum & tuum* esse solet,  
per certas quasdam quotidie occurrentium casuum decisionem  
continentes leges, vi potestatis *Reinking. de Reg: secul: 85 Eccles: lib.*  
*1. class: 4. c. 14. n. 20.* publicè promulgatas, sublato, inter suos sub-  
ditos vigere studebat, tum ne remotissima sumptibus magnis su-  
per opinione de *meo & tuo* Oracula consulere, eorumque respon-  
sum, quod opus præ juris librorum copia, cujus mole vel mun-

A 3

cus



dus vacillare videtur, desperatum meritò nominandum, *confirmit.*  
*Instit.* rudioris & pagani ingenii hominibus exspectandi detur occa-  
 sio, *Knipschild. de civit. Imper. lib. 2. cap. 10. n. 20.* tum, ut ad exem-  
 plum justiniani Imp. Sac. boni principis potestas & legibus esset ar-  
 mata & armis decorata. *Inst. Confir. l. unic. C. de just. C. conf.* Po-  
 pulus, cui hæc leges latae, jadà sinu & Visurgi cinctus est; terra  
 tempore Caroli Magni dicta fuit Rustringia Trans-jadana juxta  
 Dominum Winkelmannum in rebus historicis & antiquitate ver-  
 satissimum, Fautorem meum singularem, *not. Westph. cap. 5.* quæ unus  
 ex pagis Frisiorum, *Ubbo Emmius l. 2. de libertate Fris.* & deinde alio  
 recepto nomine, divisionem assumpsit in Statlandiam & Trans-jadiam  
 s. Butjadam, hæc occidenti, illa austro propinquior pars *David*  
*Chytr. in Saxon. lib. 3. fol. 101.* Hæc quanquam ad Comites in Ol-  
 denburg à sec. 7. jam pertinuisse *Hamelmannus Cron. Old. l. 1. c. 10.*  
 illosque hanc semper prætendisse velit, tamen propriæ potestatis,  
 libertatis & juris à Carolo M. concessi, ut ejus rei extat Diploma  
 apud Martinum Hamconium in Frisia sua, per aliquot secula gens  
 fuit, quæ suum habuit jus provinciale dictum *Asings Buch* / utrum  
 sic nominatum à Duce Frisiorum *Asinga* s. *Ascon*, an à Icto *Azone*  
 dubitatur, *Hamel. part. 3. cap. 16.* juxta quod, ut Frisii, sic etiam Ru-  
 stringi tanquam istius pars secundo vel tertio anno, non procul ab  
 urbe Auriaca in loco dicto *Opstalsboem* convenire soliti, lites &  
 rixas composuerunt, novasque leges condieerunt. *Cornel. Kemp. de*  
*Origin. Fris. lib. 2. c. 12. Hamelm. Chron. Old. 3. 16. p. 458.* Meminit  
 quoque quarundum singularium legum Friscarum confirmatum  
 & latum à Maria & Anna jus provinciale *jeveranum*, cujus viden-  
 di copiam mihi fecit favor singularis Domini Johannis justi Win-  
 kelmanni Consilarii & Historici Hassiaci cujus jamjam honorifi-  
 cam feci mentionem, sub tali Rubrica: *Von den Söventein Kören*  
*de König Carolus de 4. den gemeenen Fresen in ein sunderlick teken*  
*der Freyheit hefft gegeben.* Donec provincia post varia bella utrin-  
 que gesta, sub jugum missiones, ejusdemque varias excursions  
 per Johannem Comitem Oldenburg. A. 1513. planè attritis ipsorum  
 viribus, dicto comitatui tandem conjuncta, legitimo successionis  
 ordine ad Illustr. Dn. Anth. Guntherum gloriose recordationis est  
 devoluta, qui pro immenso salutis subditorum stabiliendæ favore,  
 cujus



bujus plena gloriarum fama in civium habitaculis & paganorum  
 tuguriis resonans, devotæ venerationis memoriam posteritati incu-  
 tit, certos articulos juris ex Romanis legibus & regioni solitis  
 moribus, hisque cum illis ad internam populi utilitatem æquâ  
 temperatione accommodatis, congestos componi, delegatisque cer-  
 tis provinciæ proponi curavit, ut eorum quæ suis antiquis consue-  
 tudinibus & concordia stabilenda censerent convenire, admo-  
 nitionem facerent; fundamento non Machiavellistico, qui omnia  
 innovare temerariè scribere non veritus est, sed boni Principis  
 exemplo non cerebrum novis inventis gravidum habentis, sed  
 censentis felicioris exitus & amplioris gloriæ rem esse, relinquere  
 populis à majoribus acceptas consuetudines *l. 4. de off. procons. Ari-  
 stot. V. Polit. 5. in fin. Forstn. ad Tacit. lib. XI. c. 21.* & novitatem suspectam  
 & turbidam esse. *Mev. ad jus Lub. part. 2. tit. 3. art. n. 9.* Hinc in-  
 troducta per summæ potestatis lege Regiâ collationem in unum  
 monarchiâ, senatui adhuc simulacrum aliquod pristinae authorita-  
 tis in jure constituendo relictum. *Struv. Exerc. 1. 65.* Quia statuta  
 ad Remp. non hæc ad illa sunt accommodanda. *Arist. 3. Polit. 7. in  
 fin. Knips. de civit. Imper. 2. cap. 10. n. 23.* Post hæc Anno 1664. pleno  
 articulo juris, ut loquitur *lex. 12. C. qui pot. in pign. hab. consummatas*  
 confirmavit, simulque Successores, ut hanc juris ordinationem far-  
 tam tectamque conservare vellent, uti petiit, sic impetravit. Hu-  
 jus itaque juris municipalis collationem cum Cæsareo & naturali  
 in materiam publici progressuum speciminis eligere, maximæ uti-  
 litatis & officii rem esse existimavi. *Officii:* ut eò hujus juris non à  
 naturæ principiis cum antiqua Francorum lege, de non puniendo  
 adulterio & Polonorum nobilium de pœna homicidii pecuniâ ca-  
 daveri imposita redimenda, *Troul. vol. 1. Disp. 1. th. 8. lit. B.* devian-  
 tis Illustriss. Legislatoꝝ glor. m. posteritati inclarescat æquissimus;  
*Utilitatis:* nam cum aliis fervorum contubernia introspicere, Præ-  
 torum alba adire, possessionum tabulas perlustrare & circum-  
 ductiones inextricabiles injuriosa raphismata, ut loquitur *l. 6. C.  
 de emancip. liber,* proponere, sterilis messis negotium mihi fore censui,  
 quam si in rebus ubertate usûs civilis abundantibus ingenii vires ex-  
 perirer, animumque ad utilia applicarem, *l. unic. C. de dedit. libert.  
 collenda, procem. inst. §. 3. l. 25. de liberat. legat.* ne cum Q. Mutio ex-  
 pro-



probrationi propter ignorantia juris, in quo versandum, incurrerem, l. 2. §. 43. de O. 7. pudori que exponerem cum Renato Birago Gallia Cancellario, in regni Comitibus habenda oratione, aetatem & rerum Gallicarum ignorantiam causato & se excusante *Forstn. ad Tacit. lib. VI. verb. Gello exprobrabat, quod &c.* Stringerent in hanc disputationem Gymnasticam jam lividi pectoris homines dentes, si cum Chrisippo me omnibus doctiorem, aut cum illis, qui positae linguae unius rudimentis celerrimo cursu Academias petunt & umbratica & ventosa aliqua eruditione, cerebri nervis sic intensis,

Ut sibi nullus horum non videatur Ego, eodem post duos annos cursu recedunt, me *absolvisse* somniarem. Verum flagrantissima discendi cupiditas quae mihi coeva erit juxta *Pompon. 7C. in l. apud julianum ff. d. fideis. libert. & arduum sapientiae studium adeo laxum, ut*

Quis solidè sapiat, nulli sua suppetat aetas.

Mors prius à tergo, quam sapiamus ad est.  
inhiantes Zoili ringentis fauces facile obturabit.

### Partitio.

Corpus animam, populus Magistratu regitur, hoc Respublicum illud homo dicitur, in quo corporis cum anima, hujus cum illo, membrorumque inter sese convenientiam, sanitatem, hominis cum proximis concordiam vocant, quae in Republica sunt pax & quies. Haec in superiorum erga subditos amore, ad quem tendunt leges fundamentales & inferiorum erga superiores obedientiam, ad quam jus publicum, subditorum inter sese amicabili consortio, ad quod jus privatum. Illa, in totius cum Rebuspublicis aliis conversatione ad quam plurimum jus Gentium facit, consistit. Itaque Illustrissimum nostrum gloriosae recordationis Legislatorem, ceteros juris modos, circa quos non tanta luxurians litium messis in tuguriis solet exsurgere, omittentem, & tantum eos actus, qui in judiciorum subselliis ob sibi adhaerentem in agitando ibidem & litigando frequentiam, novarum legum regulis moderantem secuti, statuta haec provincialia partiri possumus in ea, quae sunt juris publici; ubi de admissione peregrinorum tantum, & ea, quae juris privati & hoc vel ver-



9  
vel versatur circa ea quæ homo imperfectæ ætatis per alium agit hinc  
de Tutela, vel quæ agit perfectæ ætatis, hinc de contractibus vel  
quæ moriturus hinc de testamentis vel quæ post mortem ipsius fi-  
unt, hinc de successione ab intestato.

### CAPUT I. De Admissione Peregrinorum.

§. 1. Quanquam universam hanc indefinitis limitibus conceptam  
& in immensa spatia extensam mundi molem, corporum ubique  
conspiciamus plenam; mobilis tamen ei indita natura causatur tan-  
tas mutationes, & corporum migrationes continuas in locum alio-  
rum exindè eò secedentium, ubi minorem inveniunt *resistentiam*;  
Sic quoque in orbe politico, licet is per tot à suis primordiis laben-  
tium seculorum spatia, accretâ hominum multitudine, Dominio u-  
bicunq̃ue terrarum sit super inductus, ut omnia possessionum plena  
reddant proprietatis nomen in terra extensum & cum ea contermi-  
num; nihilominus ob cujusdam latentis in inferioribus, trochi in  
morem ludendi potentiæ volubilem, pro suo beneplacito & nostro  
merito genium, quem falsò cum cœcutientibus Ethnicis Fortunam  
appellamus, variæ existunt bonorum incrementa & decrementa &  
perpetua apud res humanas cursitantis inconstantia documenta, ut  
homo in tanta proprietatum contiguitate, Cnips in regione, & pe-  
regrinus ibi, ubi *minora*, se suumq̃ue patrimonium sustentandi & am-  
pliandi invenit *obstacula* esse possit vel cogatur.

§. 2. In cujus peregrini admissione, ne imprudentiores bo-  
no patrefamilias non nisi hospitem, cognitâ & examinata conditio-  
ne, in suas ædes recipiente, nec in humaniores Pennio & Papiro  
omnes peregrinos civitate uti prohibentibus, publicam lædamus sa-  
lutem, vocum: *Peregrinus & admittere* hujusque cum illâ *connexionis*  
natura est excutienda. Sumitur autem *peregrinus* (1) pro hoste. *l. 2. off.*  
*arg. l. 1. §. 1. ff. ad L. Falcid.* cum quo convenit Gallica vox *l'hoste*. (2)  
pro eo qui jus civitatis amisit, ita qui deportantur, si hæredes scri-  
bantur tanquam peregrini capere non possunt *l. 1. C. de hered. instit.*  
*l. 10. §. 6. ff. de in jus voc.* (3) pro Deditio. (4) Pro eo, qui opponi-  
tur urbano hinc Prætor Peregrinus contradistinctus urbano *l. 2. §. 28.*  
*ff. de O. 7.* (5) Pro peregrinante (6) pro eo, qui civis Romanus non  
est, ut Itali provinciales & fœderati populi Roman. *Marquard. lib.*

B

2. cap.



2. cap. 17. (7) Pro eo, qui non sub eadem jurisdictione est. *Admittere* significat (1) concedere, (2) approbare, (3) in possessionem recipere. *l. 17. de damn. infect. l. 3. pr. l. 5. §. missus, ut in poss. legat. Admittere peregrinos* (1) potest significare, tantum hospitia concedere. Quod non facile, ut aliis, ita nec nostris statutis immutatur, nec potest. *Auth. omnes peregr. C. comun. de successione*, nisi cum jactura venerandæ Germanorum antiquitatis. *Condit. in speculo politico cap. 4. n. 14. Nam convictibus & hospitibus non alia gens effusius indulget, quemcunq; mortalium arcere tecto nefas habetur. Tacit. de morib. German.* (2) transitum concedere peregrinanti, & hoc etiam naturali rationi congruum est: siquidem homines sibi invicem obligantur ad ea, quæ citra ipsorum incommoda, aliis prodesse possunt. *Puffend. lib. 1. defn. §. 6. & lib. 2. defn. 4. §. 21.* (3) aliquem alterius jurisdictionis in possessionem sive sub sua jurisdictione eique annexis privilegiis & oneribus recipere ut h. l. Talis dicitur subditus adoptivus sive allectus. *Besold. de jure ordin. civ. dissert. 2. c. 3. §. 10.* sive assumptus. *Idem §. 12.* sive voluntarius, *l. 3. l. 22. ff. ad municip. qui jus civitatis est affectus l. 7. C. de incol.* Indeque alia loci patria est alia juris. Unde *Cic. 2. de legibus. Patriam & eam dicimus, ubi nati & illam, quæ excepti sumus.* Naturalis enim est favor & libertas alibi migrandi & suscipi. *Grot. de J. B. & P. lib. 3. c. 20. n. 41.* quia natura inter homines societates constituit mutuas *l. 3. ff. de J. & J.* quæ absque alienigenorum receptione sæpius subsistere non possunt. Hinc videmus in simplicibus societatibus, nempe in herili servos, in nuptiali conjuges, in paterno filios adoptivos, tanquam alterius Originis & glebæ homines accipi. Et hoc multò magis obtinet in integra civitate vel gente & populo aliquo, quem non ex uno hominum genere aut homogonæa societate semper coalescentem *Arist. l. 2. Polit. c. 7.* sed ex varia multitudine diversimodè ad benè vivendum collectum, *Kecherm. curs. philos. diff. 33. probl. 1.* exterorum adoptione appropinquanti sæpius interitui subducere debemus, ad exemplum Regum Romanorum omnibus ferè exteris jus civitatis concedentium *Besold. diff. 2. de jure ordin. civ. cap. 3. §. 12.* & Turcarum suam aulam ideò portam nominantium, quia est quasi apertum quoddam asylum, omnibus iis, qui benignæ hujus imperii protectioni se subjiciunt, ut refert *ex Tarduccio Besoldus ibid.* Hinc perpetua habitatio peregrinis



non est deneganda *Grotius l.2. cap. 2. n. 16.* Huc quoque collimati  
 lex divina. *Exod. 23. vers. 9. Levit. 19. v. 34. Dent. 10.* Et tot videmus  
 in historiis ad summum splendorem & decus elatas urbes, tot popu-  
 losas provincias factas per non intermissam à majoribus civitatis ju-  
 ris communicationem. *Tholos. de Rep. l. 4. c. 4. n. 19.* Sunt tamen plu-  
 rimi, qui circa adoptionem peregrinorum negativam tenent len-  
 tentiam, moti variis rationibus & exemplis exterorum in ruinam  
 civitatum & regionum admissorum, ut Syracusarum, Budæ, Lon-  
 dini. *Polid. Virg. hist. Angl. lib. 23.* Babylonæ Zopirum, *Herod. lib.*  
 3. Xerxis Damaratum admittentis. *Justin. lib. 2.* Quod talis rece-  
 ptio sit dissensionum & seditionum ut plurimum causa. *Arist. 5. Po-  
 lit. 3.* Imò morum corruptionis. *Bodin. l. 1. c. 6. n. 64.* & indigenarum  
 ab exteris solo nativo ejectorum. *Condit. spec. polit. cap. 4. n. 24. Arni-  
 seus doct. polit. c. 12.* Eam ob causam legimus Lycurgum Lacedæ-  
 moniis auri & argenti usum interdixisse, Sinas Hispanis, Japonisque  
 omnibus aditum interiorum denegasse, *Casum lib. 5. c. 3. sp. civit.* duri-  
 ter judicasse: *Peregrini*, inquit, *cum civibus tanquam oves cum lupis  
 in uno loco habitare non possunt, quod Locusta sunt segeti, id advena civita-  
 ti*, Athenisque legem promulgatam esse, ne peregrinus quisquam  
 in numerum civium reciperetur. Verum horum non juxta ratio-  
 nem sed regulam Lesbiam more Phanidis factum conclusum videbis,  
 si perpendes peregrinos esse exclusos à Lycurgo ut suis legibus ma-  
 jorem sic conciliaret auctoritatem *Keckerm. diss. 33. probl. I.* ab aliis, ut  
 vel suam imperandi firmarent lasciviam, *Mach. lib. 2. discurs. c. 3.* vel  
 exterorum opibus alienis & Imperio inhiantium domarent savitiam  
 & avaritiam, vel nimis accrescentis populi vix gubernandi & su-  
 stentandi laxam constringerent multitudinem, *Forstn. not. Pol. ad Tac-  
 sit. annal. lib. XI. cap. 23.* malaque hæc Reip. advenisse partim quod  
 peregrinæ terræ hominibus administrationes Imperii & Magistratûs  
 concesserint: *Arnis. doct. pol. c. 12.* partim quod satis imprudenter  
 promiscuam copiosius advolantium, pessimæ sortis & scœnum in  
 cornu gerentium homuncionum decumanam absque debita condi-  
 tionis, originis, vitæ & qualitatis inquisitione admiserint colluviem,  
 adeò, ut ex his & iis, quæ prolixius affert *Condit. in spec. polit. cap. 4.  
 n. 24.* tanquam historiis particularium circumstantiarum, universi-  
 tatis regula non deduci, *Keckerm. curs. philos. diss. 33. probl. I.* nec ex-  
 teris



teris sic indifferenter omnis accessus præcludi, sed potius ii, qui ad gubernacula Reip. sedent, prudentiam inde discere possint & debeant.

§. 5. Si providemus, ne morboris corporibus irrepentibus Resp. labe contagiosâ accendatur, magis, ne malorum assumptione ruinetur, prospiciendum, *Plutarch. in Lycurg. n. 51.* quia ille populus felix æstimandus, qui non ex promiscua hominum fœce cives colligit *Bodin. l. 4. c. 1. n. 383. Besold. de jure ordin. civ. dissert. 2. cap. 3. §. 12. Arnis. doctr. polit. cap. 12. Keckerm. curs. philos. disp. 33. probl. 1.* Et si provinciæ interest ut malis hominibus purgetur, *l. 13. ff. de off. Pras. l. 2. §. 4. ff. ad L. Juliam l. in nomine C. de off. prat. Afric. Gail. 2. obs. 64. n. 2.* sanè multo magis in accipiendis iis, qui subditi non sunt singularis electio & ratio est habenda, cum ingenia hominum maximè sint diversa longiusque inter se distent, quam *era Lupinis.* Hinc non solum apud Romanos jus civitatis publicâ authoritate debebat obtineri, & is, qui falsò se pro Cive jactitabat, peregrinitatis dicebatur reus, *Calvin. in suo Lexico jurid.* sed etiam ubique terrarum Germanicarum ferè receptum & nostro statuario cautum est, art. *In unfern 1.* occasionem ad id præbente statu tum temporis per Germaniam bellico, qui nostram provinciam laudatissimâ Anthonii Güntheri glorios. memor. Comit. nostri, dum viveret, gratiosissimi prudentiâ stabili paci restitutam & exemptionis beneficio donatam commune fecit receptaculum calamitatibus bellicis eò pulforum, quos admittere simpliciter non conducebat, sed demum adhibitis certis restrictionibus.

§. 6. Quarum Prima est, ut coram judicio provinciali se stant. Quanquam olim qui non fuerit civis poterat in Rep. commorari, qui dicebatur incola, *tott. tit. ff. od municip. Sc. de incolis,* alibi que in Germania præscriptum sit definitum tempus, quo jus hospitii terminetur, *Gail. 2. obs. 35. n. 9.* nostro tamen jure nemo ita admittitur proprietarius imò ne quidem colonus art. 1. verb. *Kein Fremder soll zur häußlichen Bohnung/Eigenthums-oder auch Heur-weise verstattet werden;* quia hic quoque domicilium habet, quod facit secundum vulgatam Dd. conclusionem civem & subditum. *l. domicilium ff. ad municip. l. si in patria de incolis.* Quod quidem etiam tunc habet locum, licet illud non habeat ex animo perpetuò ibi consistendi



Stendi juxta, l. cives C. de incolis, l. 239. §. incola de P. S. Paurmeist. de  
*jurisd. lib. 2. c. 9. n. 36.* dummodo habeat propositum ad tempus com-  
 morandi, ubi ut commodo sic & incommodo frui debet, sicut id con-  
 nata nobis dicitur inclinatio, & l. 5. C. de Incolis, neque enim instar  
 harpyarum æstivarum cum spe venire & cum re abire convenit *Con-  
 dit. spec. Polit. cap. 4. n. 40.*

§. 7. Secunda est, ut originem & nativitatem pro necessi-  
 tate demonstrent art. 1. verb. *Sein ehrliches herkommen nohdürffig  
 dargethan.* Ad eundem modum passim receptum videmus, ut pe-  
 regrini antequam recipiuntur à Magistratibus loci, unde originem  
 ducunt publicas literas testimoniales de legitima nativitate exhibe-  
 ant. *Besold. de verb. Bürger. Wehner. pract. observ. verb. Mannrecht.*

§. 8. Tertia, ut vitæ antea actæ rationem doceant, art. eod.  
 verb. *seinen Christlich geführten Wandel/* ne tanquam ignavi, impii,  
 flagitiosi & fuci morum corruptelâ & contagio subditos alios infici-  
 ant. *Knipschild. de civ. Imper. l. 2. c. 29. n. 33.* Excluduntur itaque (1)  
 hæretici. l. 5. C. de heret. & manich. (2) Relegati ob delictum & cri-  
 men patratum. *tot. tit. ff. de interdict. & releg.* (3) Banniti, hi enim ha-  
 bentur pro mortuis. *arg. l. 65. §. 12. ff. pro socio.* (4) Judæi, qui ut pos-  
 sunt pro lubitu ferè expelli. *Besold. de jure ordin. civ. diss. 2. c. 3. §. 4.* Ita  
 multo magis non admittuntur, *Keckerman. curs. Philos. disp. 33. probl. 3.*  
*nec ad societatem nuptialem cum Christianis admittuntur. l. 6. de ju-  
 daeis & Cælic.* (5) Zigari s. Attingani, qui sunt conflues nebulonum,  
 otio, rapinæ, furto, variisque sceleribus deditorum sine fixa sede pa-  
 lantium hominum. *Camerar. centur. 1. medit. historic. c. 172. cap. 75. Se-  
 bastian Munster in der Cosmograph. lib. 3. cap. 5.* Qui præ aliis maximè  
 nocent Reip, *Keckerm. curs. philos. disp. 33. probl. 2.* cui major jactura  
 accedere non possit, quam ex otiosorum & tenuium hominum huc  
 & illuc errantium multitudine *Bodin. l. 5. c. 5. n. 537.*

§. 9. Quarta, ut testimonium suæ à priori magistratu libe-  
 ræ dimissionis exhibeant art. 1. verb. *auch gezeugniß seiner gutwilligen  
 erlassung von voriger Obrigkeit vorgebracht.* Est quidem non est contra  
 amicitiam alienos recipere subditos, *Grotius de J. B. & P. lib. 3. cap. 20.*  
 §. 41. nec contra naturam, invitis Dominis jus civitatis resignare &  
 aliò migrare, l. 5. §. fin. ff. de capt. & postlim. revers. *Gail. 2. obs. 36. num. 4.*  
 quia illa certo loco nos non affixit quasi adscriptitios sed totum or-



bem habitandi concessit. *Knipschild. de civ. Imper. l. 2. c. 20. n. 3.* Quod  
 vocat Cicero pro Balbo fundamentum libertatis & idcirco hæc con-  
 firmata est. *R. A. zu Augspurg de anno 1555. §. Wo aber unsere 24.*  
*Aur. B. cap. 16. Gail. 2. observ. 36. n. 7. Schönb. lib. 3. polit. cap. 16. Besold.*  
*Pract. verb. Abschoss. Just. Sutholt Schatz colleg. de iure Publ. V. l. 2. diff.*  
*4. concl. 116. lit. a. Besold. de iure ordin. civ. dissert. 2. cap. 2. §. II.* Nihilo-  
 minus hæc laxior libertas potest restringi (1) *Statuto*, quia de sua  
 cuique civitate statuendi facultas libera est. *l. in bello D. de capt. &*  
*postl. (2) pactis*, quia subditi possunt se alterius potestati, *absolute*  
 subicere, ut non solum rebus suis, sed & se ipso nequeant abuti, dum  
 aliorum domicilium transferunt. *Besold. de iure civ. ordin. dissert. 2. c. 2.*  
*§. II. Nam magis quis debet Resp. quam sibi l. 65. §. 5. ff. pro socio. (3) Mo-*  
*ribus*, qui vim pacti habent. *Grot. de J. B. & P. l. 2. cap. 5. n. 24. (4) Ju-*  
*risdictionis natura*, quæ quia territorio adhæret singulatim, non nisi  
 unius civitatis civis quis esse potest. *Besold. de iure ordin. civ. dissert. 2.*  
*cap. 3. §. 10. (5) malitiosâ in fraudem factâ renunciatione, l. 34. ff. ad mu-*  
*nicip. l. 1. C. de incolis*, quæ juri prehensionis decedens semper est ob-  
 noxius. *Bodin. de Rep. l. 1. c. 6. n. 64.* Si enim in privatis societatis  
 non licet decedere, si societatis interfit, quia non id, quod privatim  
 interest unius ex sociis servari solet, sed quod societati expedit; *l. 65.*  
*§. 5. ff. pro socio*; multo magis in publicis & civilibus ob varias rationes  
 allatas à Grotio *de J. B. & P. l. 2. c. 5. §. 24.* Quarum maxima est, ne  
 quis alterius status homines tuendos vel defendendos (quos *Wals-*  
*bürger* vocant *Arum. ad A. B. discar. 6. §. II.*) contra suos magistratus  
 admittat, quæ Imperatorio sancito est confirmata, *A. B. ut. 15. & 16.*  
*R. A. zu Speyer de anno 1529. §. 10. ibi: Deßgleichen keinen des andern*  
*Unterthanen und Verwandten des glaubens in seinen Schutz und*  
*Schirm wieder ihre Obrigkeit nehmen sollen noch wollen. R. A. zu*  
*Augspurg de anno 1555. §. 23. Buxtorff. ad A. B. Concl. 99. lit. a.* Et huc  
 jam antiquitus respicere videntur *lex I. C. lic. potent. patroc. l. 1. C. ut*  
*nemo ad suum patroc.* lex de bonis Metroicorum Colonorum sine re-  
 scripto sedem mutantium fisco addicendis *l. 4. C. de iure fisci. (6) Ex-*  
*solutione tributi pro emigratione debiti. Gail. 1. observ. 36. n. 10. & 2. obs. 36.*  
*n. 9. Besold. in verb. Abschoss. Knipschild. de civil. Imper. l. 2. c. 20. n. 5.*  
 qui ibi dicit: *equum enim est, ut quemadmodum Emphyteuta, vasallus*  
*vel decurio jure antidotali pro beneficio accepto, Deminum aliquo honorario*  
*recognos*



recognoscat, ita subditis, cum per totam vitam privilegiis, subsidiis & protectione fuerit gavisus discedens, Domino aliquid relinquat, remunerationis ergo. Et hoc jus vocatur jus migrationis; Nachsteuer/ Abschoss/ der Abzug/ Gabella detractio, quo certam partem, plerumque decimam fiscus retinet. *Besold. de jure ordin. civ. diff. 2. c. 2. §. II.* videturque derivatum à vicesima illa hereditatum, cujus vestigia in *l. 2. §. ab hoc 44. ff. de Orig. Jur. & in l. f. in pr. C. de Edict. D. Hadr. toll.*

§. 10. V. Ut homagium præstent *art. 1. verb. nach abgestatteten Huldigungs-End.* Exigunt enim hoc Principes, alique Status Imperii *Knich. de territor. c. 3. n. 245.* ab iis, qui fiunt de novo subditi *Besold. de jure ordin. civ. diff. 2. c. 2. §. ult.* per bonorum non solum possessionem, quæ saltem exigit homagium dictum Affecurationis, *Bruning. de Homag. thes. 305.* sed per laris constitutionem, quod postulat obedientiæ, affecurationis & fidelitatis, diciturque personale; *Besold. ibid. §. 10. Knipschild. de civ. Imper. l. 2. c. 9. n. 29.* in majorem subjectionis certitudinem & arctiorem ad mandata superiorum per tale invisibile conscientias ligandi vinculum, plus quam adamantinum, voluntatum adstrictionem.

§. II. VI. Ut matriculæ inscribantur; *art. 1. verb. in des Amptes tesman Zahl-buch geschrieben werden mögen /* ne quorundam incognita nomina eos communi provinciam sublevandi onere eximerent, sed ut de cujusvis nomine, conditione, professione, vitæ genere, Origine, & opibus notitiam habere, sicque pro commodorum æquali participatione etiam æqualem proportionalemque onerum & molestiarum publicarum instituere Magistratus possit partitionem.

§. 12. Ne autem absque horum requisitorum præmissione, quis in Provinciam irreat, statuto prohibitum (1) speciatim, ne superficialiter constituatur Rôter oder Hausling ab aliquo in fundo & prædiis proprietariis, *art. 2.* multò minus in prædiis dictis, die Herrenbauen und Landerreyen ad fisci patrimonium pertinentibus. *Struvius Synt. 7. C. disp. 45. §. 97. l. 2. §. 4. ne quid in loco publico fiat, l. 6. de contr. empr.* quæ possunt quodammodo comparari cum prædiis tamiacis ab annuorum reddituum vectigalium dispensatori cuidam faciendâ exhibitione, nominatis, juxta *Akrat. in tit. de præd. tamiacis,* vel iis, quæ provinciales apud Romanos possidebant, tributariis prædiis, quorum possessores non erant *Dominio Berch. §. ait Imperator tit. de rer. divis.*

(2) Ge-



(2) Generatim, ne promiscuè ædificandi vel areas novorum ædificiorum neue Wohnstädte/ præparandi libertas judicis consensum & notitiam excedat. Nam licet aliàs incrementum capiat Resp. ex plurimum ædificiorum structura, *Schönb. 1. Polit. cap. 5.* eaque ratione subditi alliciantur, ut libenter in loco nativitatis vel in quo aliquid conditum habent, maneant. *Bart. Kec. germ. syst. polit. lib. 1. cap. 19.* Et porro unusquisque jure suo ædificium aliquod in solo suo exstruere possit. *l. cum eo ff. de servit. l. 24. de S. V. P. l. 8. l. 9. C. de servit. & aq.* Sciendum tamen quod in detrimentum alterius ædificare alicui non liceat *Gail. 2. obs. 69. n. 17. seqq. Knipschild. de civil. Imper. l. 5. c. 27. n. 13.* Quod fit ædificando (1) contra morem & consuetudinem observatum, *l. 11. pr. de S. V. P. l. 12. C. de adif. privat. l. 6. C. de Servit. Mæv. ad jus Lubec. l. 3. tit. 12. art. 1.* (2) in æmulationem & invidiam. *N. 63. c. 1. l. 3. de oper. publ. Knipschild de civ. Imp. l. 5. c. 27. n. 13.* (3) per immissionem in alienum fundum vel aream. *Mæv. ad jus Lubec. l. 3. tit. 12. art. 7. n. 17.* (4) contra servitutem *l. 9. de S. V. P. l. 8. C. de Servit.* (5) contra publicam utilitatem *tot. tit. ne quid in loc. publ. fiat l. 3. de oper. publ. & dissert. Struv. de adif. privat.* Hoc autem imminens damnum avertendi remedium Jure Civ. inventum est, nempe novi operis nunciatio de quo agitur *tot. tit. ff. & C. de novi oper. nunc.*

## CAP. II. De Tutela.

§. I. Cum mentium noviter corporibus adhærentium imbecille in corporeas sui corporis motiones, ut plurimum refractarias, ob membrorum tenuitatem nervorum nondum justam dispositionem & spirituum animalium per eos inæquali fluxu adhuc labentium cursum, sit imperium & plurimorum infirmitas nescia studendi convenientiæ actionum suarum cum salute animæ, corporis & eorum, ad quos per juris fictionem respectu aliquem habent, naturalis autem non solum in brutis, sed in aliis etiam corporibus motu se juvantibus conspicuus motus, qui infirmiores simul ad istum in vita humana omnibus præfixum terminum *ad quem*, id est: publicam salutem & cum ea non pugnantem privatam transferat, suadeat, ut quod per imbecillitatem se regere nequit, id alterius præstantioris & valentioris gubernetur arbitrio juxta effatum *Aristotelis lib. 1. Polit. & Imperatoris uti & C. in §. 6. Inst. de Attil. Tut. l. 1. ff. de min.* Nam nulla lau-



la laudabilior illâ humanitate, quâ hominis impotentia in suam sua sponte ruitura perniciem sustinetur, juvaturque. *Eiben. de Fœm. tut. memb. I. part. I. n. 2.* Hinc varia in societatibus privatis videmus minoris ætatis hominum fragilitati consulendi officia, puta: obstetricum, nutricum &c. varia quoque in publicis, ut Tutorum, curatorum &c. Quorum cum discrimen eatenus hodiè sit sublatum, ut qui tutores fuerunt etiam maneant curatores ad adultam usque ætatem, *Gail. 2. obs. 96. Struv. 7. C. disp. 31. §. 57.* neglecto curæ nomine, tutelæ essentialia paucis libabo.

§. 2. Tutelæ vox varium exprimit conceptum (1) Conservationis, *Florentinus l. ut vim de Just. & Jur.* hinc dicimus, quod quisque ob tutelam, id est conservationem corporis sui fecit, jure fecisse existimatur. (2) sustentationis *l. divortio §. fin. Solut. matrim.* (3) Curæ, *l. cum quidam ff. de tut. & curat. dat. ab his.* (4) Tutelæ & curæ simul *l. cum pater ff. de cond. & demonstr.* (5) tutelæ solum. Cujus causa efficiens subjectum objectum & duratio sunt perpendenda.

§. 3. Causa efficiens tutelæ est (1) lex XII. tabb. partim per se eam deferendo, quæ dicitur legitima *tot. tit. ff. & C. de legit. tutor.* partim aliis in testamento tutores dandi facultatem concedendo *Wesensb. parat. tit. de tut.* quæ dicitur testamentaria. *tot. tit. ff. & C. de testam. tut.* (2) Magistratus, ad cujus officium spectat pupillos tutela prospicere, ut pulchrè innuit Imperator *Severus in l. 2. vers. Divus Severus ff. qui pet. tut.* ubi omnem me rationem adhibere subveniendis pupillis, cum ad curam publicam pertineat, liquere omnibus volo &c. eleganter scribit. Et cum Augustus Scaurum ad Daciæ præfecturam transmitteret inter alia specialiter jussit, ut pupillorum esset curator, fauciorum cataphlasma, baculus cæcorum & omnium Pater, referente *Ant. de Genoa lib. 3. c. 11.* Quanquam olim tutelæ datio erat jurisdictionis extraordinariæ. *Struv. Synt. 7. C. IV. 67. & XXXI. 29.* quia est actio legis *l. 77. de R. 7.* sive actus legitimus *Cujac. 15. obs. 16. Gæhansen peric. Academ. 3. quest. 21.* & ei tantum compete-  
tebat, cui lege vel Scto, vel Principis constitutione nominatim erat tributa *l. 6. §. 1. de tutel. l. 19. pr. ff. de curat. & tutor. dat. Ungepaun exerc. 4. quest. 7.* tamen hodiè est jurisdictionis ordinariæ, ita, ut hodiè magistratus non solum tutores constituere soleant, sed etiam te-  
C nean-



neantur reformis. guter polickey zu Außpurg de anno 1548. tit. von der  
 Pupillen und minderjährigen Kinder tutoren, in princ. & de anno 1537.  
 tit. 32. Joh. Harpr. ad §. sed hoc jure. Inst. de Attil. tut. Besol. de tutel. cap. 7.  
 n. 2. Gail. 1. obs. 48. Schneid. §. non autem. ib. Hinc Germani dicere solent  
 das Recht (intellige magistratum Han. ad Wes. tit. de tut. n. 5.) ist der  
 oberste Vormundt & nostro art. 3. adeoque in omni tutore, ante tu-  
 telæ administrationem necessarium est decretum magistratus, Ord.  
 Polit. 1577. tit. 32. Gail. 2. obs. 107. Myns. 2. obs. 35. sive ab illo immedia-  
 tē sit constitutus, sive in se habilis quidem, sed non institutus à qui-  
 bus, ubi & quomodo debebat, Struv. Synt. §. C. XXXI. §. 17. ideoq;  
 sit confirmandus tot. tit. ff. & C. de confirm. tut. Non autem jurisdic-  
 tionis superioris s. imperialis, quod ex eo, quod pupilli ordinarium  
 judicem declinare & ipsum Imperatoris vel Camerae judicium orare  
 non possint juxta l. un. C. Quand. Imper. inter pupill. vel vid. deducere  
 vult Knipschild. de civit. Imper. l. 2. c. 33. n. 91. sed territorialis, ut eorum  
 causæ non recipiantur nisi in casum protractæ vel denegatæ justitiæ,  
 testante Gail. 1. obs. 1. n. 40.

§. 4. Licet Magistratus non nisi imploratus officium suum  
 impertiatur, l. 4. §. hoc autem, de damn. infect: tamen tutelæ datio-  
 nes etiam officio expedire tenetur arg. l. 1. de jurisd. & ne ex incer-  
 ta casuum scientia, pupillis damnum accrescat, certæ personæ ob-  
 ligationi de petendis tutoribus subjacent tot. tit. ff. & C. qui petant  
 tut. vel curat: sub metu aliàs vel non nanciscendi lucri vel pœnæ  
 luendæ Wesenb. ad. h. t. Inter quas est (1) mater l. 1. qui pet. tut. vel cu-  
 rat. l. 2. §. 28. ad Sct. Tert. nostro art. 3. verb: soll die Mutter bey den Præ-  
 tore Pupillari Vormundere zuernennen schuldig seyn. (2) Cognati,  
 vicini, amici & c. l. 2. pr. petant Tut. vel cur. nostro art. 6. sollen die nech-  
 ste Anverwandten / oder da deren sich keine befunden / oder auch die  
 verhandene säumhafft weren / dem Prætori Pupillari fund machen  
 und Vormundere vorschlagen. (3) Pastores & Præfecti Parochiales  
 art. 3. & 6. Et hoc exigitur in matre etiam sub pœna amittendæ suc-  
 cessionis liberorum ab intestato l. 3. l. 6. c. ad Sct. Tertull. l. 10. C. de  
 leg. her. l. 1. 2. §. fin. ff. qui petant tut. vel curat: & juris prætensi in sui  
 viri hæreditate art. 3. In cœteris juxta Romanum jus sub nullâ, quia  
 pro arbitrio postulabant l. 2. pr. ff. qui pet. tut. & curat. nostro verò  
 sub pœna damni ex mora & negligentia nati restitutionis art. 3.  
 verb.



verb: bey Vermeidung willkürlicher Straffe und erstattung des auß-  
der Versäumniß etwa entstehenden Schadens. Hæc autem in tutori-  
bus postulandis apud nos in necessitatem conversa libertas funda-  
tur in communi hominum cognatione, & ex eâ fluente obligatione,  
quâ alterius cujusvis, multo magis imbecillioris ætatis proximo-  
rum & amicorum ad se regendos impotentium necessitates operâ,  
quâ citra nostram fraudem iis prodesse possumus, sublevare tene-  
mur. *Puffend. jurispr. Univ. lib. I. definit. v. §. 6.*

§. 5. Subjectum tutelæ testamentariæ sunt personæ, cum  
quibus testamenti factio esse potest, *l. 2. ff. de testam tut.* in dativa,  
quas publica æstimavit habiles autoritas; in legitima, quas manet  
secundum ordinem & gradum proximum in hæreditate succeden-  
di spes, nullâ observatâ hodiè agnatorum & cognatorum differen-  
tiâ *Nov. 118. c. 5.* Inter has personas autem primum locum tenet  
Mater, in cujus admissione exigitur, ut sit (1) in statu vitiiis & il-  
lis defectibus, qui aliàs cognatos solent excludere, non infecto,  
ut scilicet (1) non sit furda, muta, furiosa, deportata, luxuriæ &  
prodigalitati dedita *Carpz. R. Elector. lib. 5. lit. 8. Resp. 80. n. 23. §*  
*seqq. nostro art. 4.* Wäre die Mutter des Wesens und wandels *ic.*  
(2) non minor ætate *l. 2. C. quand. mul. tut. off.* aliàs enim durante  
illegitima ætate, interim constituitur Curator ad exemplum agnato-  
rum, qui ipso jure fiunt tutores *l. 10. §. 7. ff. de excus. tut. Bach. ad §.*  
*pen. l. de curat. § ad §. 13. j. de exclusas.* ob favorem sanguinis impri-  
misque genitorum *ll. XII. tabb.* & vulgariter id receptum *Socin. Ser.*  
*vol. I. consil. 20. n. 8. Surd. conf. 159. n. 9. Richt. lib. I. decis. 121. n. 13.*  
Nec matri filiafamilias obest patria potestas, ob apertum juris  
textum *in l. 7. ff. de tutel. Eiben. de tutel. fami. parti. 2. membr. 4. II.*  
Testamentariorum tutorum defectus, tunc enim præfertur etiana  
mater omnibus agnatis *Treutl. l. 2. disp. 8. §. 3.* non autem testa-  
mentariis, *Eiben. de fam. tut. part. 2. memb. 5. §. 6. Hahn, ad Wesenb.*  
*tit. de tut. n. 5. nostro art. 4.* bey mangel Testamentischer Vormundern.  
III. Declaratio, quâ mater suæ mentis propositum de suscipienda  
tutela, vel non, ostendit. Estque vel *affirmativa*, quâ se hoc  
munus subire coram judice tutelarum *Boet. qua. 266. n. 5.* fatetur,  
*nostro art. 4.* verb. soll sie auff ihr begehren. vel *negativa*, quæ iterum  
*aut expressa*, quando expressis verbis se tutricem esse nolle osten-  
dit.



dit, aut *tacita* cum mater jure Romano intra annum *l. 2. ff. ad SC. Tertull. nostro* intra decem dies art. 3. tutores postulat. *l. 3. 8. C. qui pet. tut. l. 1. 2. ff. eod.* Et hæc figuram quandam excusationis habere videtur *Eiben. de fam. tut. part. 3. memb. 1.* Hæc quia est tutelæ, munerisque necessariò obeundi *l. 2. ff. de muner. & honor. l. 214. de V. S. & non nisi cum periculo & damno declinandi deprecatio, l. 1. ff. de administ. tut. l. 17. §. fin ff. de excus. tut. Wesenb. parat. ff. tit. d. n. 1. in tutela maternâ, ut pote quæ non defertur ex lege præceptiva sed permissiva, l. 2. C. quand. mul. tut. off. auth. matri & avia, locum habere non potest. IV. Cautio, *Gaill. 2. observ. 141.* non obstante *auth. cui relictum. C. de indict. vid. toll.* cum iste locus non de matre tutrice, sed de legatario quovis sub conditione: *ne secundas nuptias*, nominata, loquatur. Rectius juxta *P. D. de anno 1548. & nostrum art. 4.* massen sie auch darüber gebührende caution zustellen hatt. V. Apud acta *Carpz. part. 2. const. 16. defin. 18.* vel per seipsam vel per procuratorem *arg. l. 43. ff. de procurat., jurata, non q. jure novellarum, auth. matri & avia C. quand. mul. tut.* sed passim recepto usu & ordinatione imperii novissima facta renunciatio *Hahn. ad Wesenb. tit. de tut. n. 5. Denais in jur. Camer. voce Tutoris P. D. de anno 1548. & 1577. (1) senatus consulto Vellejano Hahn. ad Wesenb. tit. de tut. n. V. Trentl. 2. disp 8. §. 3. quod de intercessionibus mulierum factum est, l. 1. §. t. r. ff. ad S. C. Vellej. ne ex eo foemina in detrimentum & præjudicium exceptionibus uti possent, est enim tutela quoque intercessionis species Cujac. ad Nov. 22. (2) generaliter sc: omnibus privilegiis & beneficiis in favorem foeminei sexus ab Imperatore nostro, quem posteritas hoc in casu indulgentissimum admiratur, datis, de quibus *Dec. ad l. 20. n. 70. & seqq. de R. j. ut sic generaliter renunciando omni legitimo auxilio l. 3. C. quaad. mul. tut. off. N. 94. c. 2. nostro art. 4. verb. daß sie das weibliche recht wieder ihre Kinder nicht anziehen wolle / destituatur omni beneficio, quod in præjudicium aliàs pupillorum vel aliorum, objici posset. Wurms. obs. parat. tit. 36. obs. 3. n. 3. & 4.* Universalis a, hæc renunciatio non est extendenda ad ea, quæ mulieribus non quâ mulieribus, sed quâ parentibus competunt, in iis enim foeminae semper masculis sunt adæquandæ, ut in reverentiæ exhibitione filiorum erga parentes *l. 9. ff. de curat. furias 6. ff. de in jus vocando, nec etiam***



am ad ea, quæ renunciabilia non sunt *Eiben. de fœm. tut. part. 3. mem. 2. §. 9. VI.* Omnibus numeris absoluti & in conscientia excusabilis inventarii iusta confectio *Nov. 94.*, cuius forma præscribitur in *Recessu Imperis de anno 1548. tit. von Pupillen nostro art. 4.* verb. *eins auffrichtiges und in ihren Gewissen verantwortliches inventarium vers fertigen zu lassen.* Nam mater est vera legitima tutrix liberorum *Carpz. Dec. pos. 5.*

§. 6. Contrarium hujus fœmineæ tutelæ est, contra promissionem de non rursus nubendo viro, ad secunda vota transitus. Hic enim cum ea stare non potest, *auth. sacram. C. quan. mul. l. un. C. ubi pupill. educ. l. 3. C. quan. mul.* ob præsumtionem mutatæ affectionis in liberos. *d. N. c. 40.* verb. *charitate filiorum l. 4. de inoff. testam.* Licet enim bona fides præsumatur in matre, unde etiam ob singularem amorem, qui censetur apud eam esse, tutrix esse permittitur, *arg. l. 4. C. qui accus. non poss.* tamen ad secunda lascivo conatu transiens vota, magis secundi conjugii quam liberorum amore flagrare censetur & sic fortior tollit debiliorem præsumtionem. *l. Divus ff. de in integr. restit.* Et ideò tenetur (1) tutelam deponere, *arg. Nov. 22. cap. 40. nostro art. 4.* (2) petere & nominare alios tutores *d. N. ibid. nostro d. art.* (3) rationes reddere juxta *rubr. ut matres etiam tutela rationibus obnoxia sint Nov. 155. nostro art. 4.* verb. *beständige Rechnung thun* & cum omne inventarium post se trahat onus rationum reddendarum, quia illud harum basis est. *Gail. 2. obs. 138. num. 6.* mulieri hoc onus remitti non potest, ne quidem à marito testatore, cum quæ in pupillorum favorem à lege introducta sunt tolli nequeant. *arg. l. 27. ff. de condit. instit. Nov. 48. in princ.* (4) Quemadmodum jure civili tutores tenentur actione tutelæ. *Struv. Synt. 7. C. XXXI. 64. & seqq.*; ita & mulier, quia omnia, quæ pro liberis divalibus constitutionibus cauta sunt, in matribus observanda. *arg. l. 3. C. quan. mulier. tut. art. 4. verb.* und reliqua præstiren.

§. 7. Sicut autem occasione mariti ante uxorem decedentis materna; sic uxoris ante maritum morientis paterna emergit tutela, quæ cum illa aliarumque tutelarum speciebus analogicam habet rationem, (1) quoad bona eorum filiorum, quibus, ut sunt per emancipationem non solum sui juris & pupilli facti. *l. 239. ff. de V. S. l. 3. C. de præd. min.* sed etiam jure agnationis orbat. *§. fin. Inst. de leg. agn. tut. Schneid. ad d. §.* non ex verbis nec ex mente XII. tabb. sed



per modum ratiocinandi & consequentiam aliquam, ad similitudinem Patroni ad liberti successionem ejusque tutelam admittendi, *t. t. Inst. de leg. Patron. tut.* propter jus sanguinis, post talem minimam capitis diminutionem inter patrem & emancipatos adhuc remanens, §. *quod autem. Inst. de cap. dimin. §. fin. f. de legit. agn. tut. Schneid. & Borch. ibid.* pater permittitur esse tutor. *tit. f. de leg. parent. tut.* (2) quoad bona eorum, qui, quod Paternis adhuc subsunt laboribus & tanquam filii & filiarum familias tutorem nullum habere possunt. *l. fin. princ. C. de curat. furios.* pater non tutor, sed legitimus dicens administrator bonorum filii, qui melius praesumitur ea administrare quam extraneus, cum nullus affectus vincat paternum. *l. fin. C. eod.* Hæc non emancipatorum bona sunt in duplici differentia (1) Quorundam proprietates tantum ad liberos, ususfructus ad patrem pertinet, ut sunt adventitia. §. 1. *f. per quas pers. cuiq. acq. l. 6. C. de bon. qua lib. l. 1. C. de bon. mat.* (2) Quorundam utrumque proprietates & fructus ad liberos spectat, ut sunt (a) Paraphernalia, utpote in quibus de jure communi nihil juris nec ullum exercitium neque vivente neque mortua uxore maritus habet. *l. hac lege. Cod. de pact. convent. l. de his. C. de don. int. vir. & uxor.* (b) Bona ab avo materno relicta vel alio modo ad filios devoluta. *Kirch. concl. vol. 4. concl. 1. num. 61. l. mater. C. de R. V. l. si fundum. Cod. de reb. alien. non alien.* (c) Bona filiofamilias sub conditione: *ne pater habeat usumfructum aut quodlibet participium* ab extraneo relicta. *N. 117. c. 1.* (d) Bona, quæ ex hereditate fratris aut sororis, quam cum patre adit, acquirit. *N. 118. c. 2.* (e) Bona, quæ filius adeundo acquirit invito patre. *l. f. §. 6. C. de bon. qua lib.* Horum bonorum, quia pater non habet ususfructum, qui alias solet esse in iis effectus patriæ potestatis, non patrio, sed potius tutorio nomine habet administrationem. *Paris. consil. 157. n. 15. vol. 4. Faber. l. 6. tit. 61. defn. 6. Christin. vol. 4. Decis. 76. num. 1. Nostro vero art. 5.* omnium bonorum sive maternorum sive alio modo ad liberos pertinentium ususfructus, sive ab uxore per ultimæ voluntatis elocutionem sit legatus, sive non, marito superstiti in meliorem liberorum educationem & sustentationem ad nuptias filiorum usque defertur, adhærente tamen onere inventarium conficiendi & cautionem usufructuariam præstandi. *Pinell. ad l. 1. C. de bon. mater. p. 2. n. 27. Hering. de fidej. c. 6. num. 96. & 97. Wesemb. vol. 2.*

cons.



*cons. 86. n. 5. & cons. 52. n. 50. Gail. 2. O. 72. n. 15. Wurms. tit. 38. Ob. 2. n. 1. Berlich. part. 2. decis. 160. n. 32.* Quæ quidem cautio usufructuaria ideò exigitur, ne statuti largius in bonis maternis jus constituentis erga parentes favorabili sanctione patres abuterentur, quod fieri non debet. *arg. l. 27. §. 3. de pact.* Unde & *art. 5.* non tantum prædicta cautio præstari, sed & legitimum inventarium sub poena amissionis usufructus intra sex septimanas confici debet. *verb. nach der Mutter todt bey verlust der Leibzucht und ander willkürlicher straffe ein vollständiges inventarium über die Mutterliche güter innerhalb 6. wochen auffrichte / und auf gutbefinden vorhero gewohuliche cautionem usufructuariam bestelle.*

§. 8. Objectum tutelæ & curæ sunt omnes ad semetipsos regendos, & bonis consiliis in vita communi prospiciendos inepti & invalidi, quorum prolixiores catalogos exhibent ad tit. de tutelis commentatores. Inter hos non inferiorem locum tenet prodigus, quem *Cajus lib. 1. 7. tit. de tut.* everforem vocat, estque talis vel *Ethicè* sumtus & describitur à Cicerone *lib. 2. offic. qui epulis & viscerationibus & gladiatorum muneribus, ludorum, venationumq; apparatu pecunias profundit,* & *in l. 1. ff. de cur. furios.* qui neque modum neque finem expensarum habet: vel *juridicè*, cui per talem formulam: *ex l. XII. tabb. Quando tua bona paterna avitaq; nequitiâ tua disperdis liberosq; ad paupertatem deducis ob eam rem eare commerciog; interdico.* *Paul. 3. sent. tit. 4.* bonis interdictum est. *l. 18. ff. qui testam. fac. l. 6. ff. de V. O. l. 3. ff. de novat. l. 18. §. 1. ff. de castrens. pecul.* Ut autem talis quis sit requiritur. (1) Prodigalitatæ veritas, quæ consistit in stolidâ causâ dilapidationis; cujus non possunt insimulari isti, qui propter sapientiæ studium semetipsos inaniunt & de divitibus pauperes fiunt juxta Imperatorium illud effatum Friderici in *Auth. habita C. ne fil. pro patre.* ut fecere veteres Philosophi Sophocles, Socrates, Plato, Anaxagoras alique; vel ob aliam causam sua bona negligentius tractant. *Dauth. de testam. p. 184.* vel etiam ob malitiam, ut furorem vel prodigalitatem affectando oneribus civilibus se subtrahant. *l. 6. de curat. furios.* (2) Interdictio *l. 27. De minor. Francisc. de Caldas ad l. si curatorem. verb. cum non absimilis. n. 7. C. de in integr. rest. min. Hahn. ad Wesemb. tit. de tut. n. 5.* non solum lege, sed & judice facta; Magistratus enim est, ut dominia dare, sic etiam concedere, quia lex non potest ex



est ex circumstantiis colligere, quis sit honorum suorum prohibitionem dignus. Deinde quia prodigus ante talem interdictionem potest adhuc bona sua administrare. *arg. l. 120. de V. S. l. 18. pr. qui test. fac. poss. §. 2. 7. quib. non est perm. fac. test.* Non statim ergo eo ipso, quod quis dilapidator est, administrationis est incapax, sed à iudice fieri debet. Quamvis à lege fieri dicas, fit tamen hoc ad modum non dissimilem multorum actuum, qui à lege & juris dicuntur esse, ut infamia, quæ juris dicitur esse, & tamen necessaria est aliquando sententia iudicis. *l. 7. de publ. iudic. & fur, qui dicitur ipso jure infamis, non tamen nisi accedente iudicis condemnatione. l. 4. §. 6. §. 1. de his qui not. infam.* Ad legis itaque præceptum sententia declaratoria requiritur. *l. is cui bonis. ff. de V. O. Gail. 2. O. 51. num. 2. Vasq. contr. illustr. l. 1. c. 17. n. 2. Gøhaus. peric. acad. 5. quæst. 37. Myns. ad pr. 7. de exher. liber. (3) Præconium publicum. Bart. & Bald. in l. is cui bonis. ff. de V. O. Francis. de Cald. ad l. si curatorem. verb. cum non absimilis. n. 7. & pr. n. 25. 26. Dauth. de testam. p. 183.* Quia hoc vitium in omnium conspectu non est, nec convenit de aliis curiosum esse, vel, quia ex factis profusionis nihil certi haberi ac inferri potest, tum quod domino aliquando suis rebus intemperanter abuti concedatur. *l. in re Cod. mandat.* tum quod interdum alicujus objecti amore percitus paulisper, quis nec mensuram nec modum servare possit, tum quod dubium, an quis liberalis, an magnificus videri voluerit, & denique quia prodigalitas est factum plerumque transiens, *arg. l. 1. ibi sanos mores receperit. de curat. furios.* sed quæ sunt facti non permanentis nec præsumuntur, nec ita censentur notoria, ideoque his & publico rumori & vagæ apud in discretum vulgum famæ non est fides concedenda, sed publicæ de suggesto decantationi *art. 9. verb. und nachdem sie / die prodigi, vermittelst öffentlicher proclamation von den Canzlen jedermänniglich zur Nachricht kund gemacht.* In talem statum redactus prodigus curatore æstimatur opus habere. *l. 12. §. fin. ff. de tut. & cur. dat. nostro art. 9. ob suæ conditionis æqualitatem cum furiosis. §. furiosi. 7. de curat. l. fin. §. 2. C. de sent. pass. Franc. de Caldas ad l. si curatorem. verb. cum non absimilis. n. 6. & pupillis. l. certi condictio. §. 7. ff. si cert. pet.*

§. 8. Tutelaris regiminis in causis, objecto & subjecto considerata natura, venit quoque examinanda in duratione, quæ se ad certos



certos jure introductos & præfixos limites tantum extendit, & præscinditur ut plurimum mutatione aliqua, quæ accidit (1) in personis tutelam & curam administrantibus, ratione (a) statûs & quidem libertatis, *l. in servili. C. qui dar. tut. poss. civitatis, §. minor. de capit. dimin. & familiae, §. fin. de legit. agnat. tut.* (b) qualitatis morum & administrationis, hinc remotio. *l. si arrogati. ff. de tut. Wesemb. in w. de susp. tut. num. 1. Schneid. ad §. fin. quib. mod. tut. fin. nostro art. 7.* Personis enim per quas salus minorum promoveri quæri debet, eandem destruere non est permittendum, sed bene prospiciendum, ut habeant idoneos defensores, cum hoc vergat ad publicam & Reip. utilitatem. *l. 10. §. 4. de testam. tut. l. 2. §. 2. ff. qui pet. tut. vel cur. Arist. 10. Eth. c. ult.* Procedit autem remotio ex variis causis, & quidem ex mala gestione, *l. 3. §. fin. & l. 4. §. fin. ff. de susp. tut.* denegatione alimentorum, *l. 3. §. tutor. ff. de susp. tut. l. fin. ff. ubi pupil. educ.* fraudulenta rerum veterarum distractione, *l. 3. §. 13. ff. de susp. tut.* rerum in proprios usus translatione, *l. 3. §. 6. eod.* mala conversatione, *l. 3. §. 5. eod.* aliisque. *Mev. ad 7. Lubec. l. 1. tit. 7. art. 6. Schneid. ad tit. de susp. tut.* contra quosvis tutores servato tamen moderamine & exhibitione reverentiæ puta erga eos, qui necessitudinis vinculo pupillo sunt juncti. Hi enim non planè cum notâ fidei & existimationis sunt removendi. *l. 9. ff. de susp. tut.* sed curatores iis adjungendi. *d. l. & arg. l. f. §. minores. Cod. de sent. pass. & l. 1. §. 5. de susp. tut. Wesemb. de susp. tut. n. 8. Bach. ibid. nostro art. 7. verb. daß zu dessen remedirung den Eltern ein curator adjungiret werde.* Et quia hæc suspecti postulatio dicitur accusatio, ut fit in publicis judiciis, quibus aliquo modo æquiparatur. *Hahn. & Bach. ad Wes. de susp. tut.* non solum magistratus procedere potest ex officio. *l. 3. §. 4. ff. de susp. tut. art. 7. verb. Amths halber & incidenter. l. 3. eod. l. 7. eod. l. 3. C. eod.* imò & quilibet accusare potest, nominatim verò contutor, *l. 3. eod.* tutor remotus & suspectus, *d. l. 3. servus l. f. ff. eod.* mulieres, mater, avia, soror, nutrix. *Schneid. ad §. consequens. 7. de susp. tut.* Nostro quoque Pastores & præfecti Parochiales *art. 7.* (II) In personis tutelæ & curæ subjectis (1) per ætatis justæ adeptionem, quæ censetur jure Romano vigesimo quinto anno esse *nostro* vigesimo primo *art. 8. verb. es müssen dan die Kinder 21. Jahr vollkômlich erreicht haben/* forte ex antiquitate Romanâ principia istius moris recolente, quo juvenes in

D

ista



ista ætate barbam solenniter ponere ac in viros migrare solebant, de quo ritu *Lipsius ad Tacit. l. 14. annal.* (2) matrimonii contractionem, quod ut hodie consuetudine & moribus gentium ubique locorum ferè receptis solvit vinculum patriæ potestatis. *Vultej. ad §. f. 7. quib. mod. patr. pot. solv. n. ult. Berlich. p. 2. concl. II. n. 32. & seqq. Moll. p. 1. decis. 41. n. 3. & seqq. Hahn. ad Wes. n. 7. de adopt. & emanc.* multò magis vinculum curatoria potestatis *art. 8. verb. oder für erreichung solcher Jahren auff gut befinden unsers Prætoris pupillaris und der Vormünder verwilligung sich verheurachtet haben.*

§. 9. Ex præcedentium itaque thesium prolixius traditis positionibus & explicationibus tale sceleton seu descriptionem, quæ apud Logicos definitionis venit nomine, rerum nervos & ossa, hoc est potiores partes & essentialia complectentem erigimus: Tutela est jus in caput liberum se ob ætatis, vel mentis, vel corporis, vel bonorum morum defectu regendi, bonaque sua administrandi invalidum, datum ultimo testantis vel magistratûs arbitrio, cuivis modo idoneo, vel lege, agnatis, aut permissum matri vel patri, ad id ejusque bona defendenda, idque justæ ætatis tempore vel mentis capacitate vel corporis valore, vel morum malorum correctione, cum legitima rationum redditione & refusione ejus quod reliquum, iterum tollendum.

### CAP. III. De contractibus & Jure Retractus.

§. 1. Frequentissimi illi inter homines actus, quibus frænum quoddam nostræ circa ea, quæ respectum pertinentiæ ad nos habent, versandi libertati, injiciunt morale, ut in diversam, quam quo illud ducit partem, tendere & agere, quam ad quod exinde oriens juris vinculum nos non obligat, rectè nequeamus, dicuntur *pacta & contractus*, quorum variæ divisiones, definitiones & ratione legum in juris & naturæ voluminibus, circa eas contrariantium conciliationes, obstantium refutationes & ex ejusmodi contrahendi & paciscendi mille modis enascentium obligationum, variè respectu originis, efficaciam, personarum & materiæ stringentium, varietates, abundè videri in naturales & civiles leges interpretantium libris & codicibus possunt, adeo ut ea omnia hîc altiùs repetere, esset Syssiphio more crambem bis p... fardos venales habere, ideoque  
summa



summa tantum rerum capita perstrinxisse & occasione nostri juris, statutarii subjectum, objectum & firmamentum, contractuum commemorasse sufficiat.

§. 2. Subjectum sunt omnes personæ, quæ pacisci & contrahere non prohibentur. *Wes. parat. de pactis n. 5.* Nam pacisci & contrahere est de genere permissorum. *l. 24. §. non semper de min. l. 5. C. de obl. & act.* Prohibentur autem impuberes, quia habent consensum planè infirmum & multis fraudibus subjectum. *l. 1. de minor. amentes, furiosi, l. 1. §. furiosum de act.* quia horum nulla promissio, *Grot. de f. B. & P. c. II. lib. 2. n. 5.* prodigi, *l. 1. de curat. furios. l. 18. §. 1. de pact. l. 6. de verb. oblig.* minores, *l. 3. C. de in integ. rest. min. nostro art. 12. verb. wer minderjährig / oder ob er gleich vollkommenes Alters / oder ein declarirter prodigus ist / soll nichtes zuvereffern oder in andere wege zu contrahiren nicht mächtig seyn.* mulier, quæ intercedit, *l. unic. C. §. 15. de rei uxor. act.* non quæ donat, *l. 4. §. 1. ad Sct. Vellej. l. 33. §. 1. de don. inter vir. & uxor.* vel pro aliis solvit, *l. 4. §. 2. l. 5. ad Sct. Vellej. l. 4. C. eod.* vel contrahit pro se ipsa principaliter *l. II. ad Sct. Vellej. l. 2. C. eod.* quia mulier facilius obligationibus intercessionum consentit, quam alienationibus, *Borch. ad princ. quib. alien. licet vel non & intercedere sit munus, quod deceat viros, l. 4. C. ad Sct. Vellej.* officia autem virilia mulieribus sunt adempta; *l. 2. de R. 7.* multò magis ea, in quibus periculum rei familiaris versatur, *l. 1. §. 1. ad Sct. Vellej.* ob sexûs muliebris imbecillitatem & infirmitatem, *l. 2. §. 2. & 3. ff. eod.* fragilitatis conditionem, levitatem & mobilitatem, *Jacob. Gothofr. ad l. 2. ff. de R. 7. & forensium rerum ignorantiam. tit. II. in pr.* Quamvis etiam aliàs jure civili mulier marito jus pignoris vel hypothecæ, quod in ejus bonis habet tacitè vel expressè & quidem liberè remittere possit, quodque ita gestum fuit, firmiter custodiendum sit, *l. II. l. 21. C. ad Sct. Vellej.*; tamen hæc assertio limitatur, si remissio pignoris fiat ex causa intercessionis, puta si mulier renunciavit juri hypothecarum pro obligatione à se facta pro marito, *l. 17. §. si mulier ff. ad Sct. Vellej.* quia, cum principale, ut intercessio & obligatio pro alio non valet, *Auth. si qua mulier C. ad Sct. Vellej.* ergò nec accessorium puta renunciatio aliquam vim obtinebit. *arg. l. 178. l. 129. ff. de R. 7.* Quia verò nemo invitus cogitur uti eo, quod sibi beneficii loco datum est, sed iis renunciare omnes *licentiam* habeant. *l. pen. C. de pact.*

D 2

Ideò



Idem in jure renunciatio est inventa, quâ semel factâ ad jus, quod semel repudiavit renunciâns, deinde non regressum habet. *l. 14. §. 9. ff. de adil. edict. l. 15. §. 5. ff. ad L. Jul. de Adult. l. 20. l. 21. ff. de minor. l. 4. C. de pact. l. 6. l. 12. C. de transact.* Ut autem ea sit efficax sequentia requiruntur (1) Ut renunciâns mulier certioretur, *Harpr. ad princ. §. de Fidej. n. 46. & seqq. Rauchb. part. 1. quest. 34. n. 75. Carpz. part. 2. Const. Saxon. 16. desin. 10. n. 13.* quibus beneficiis, juribus & privilegiis renunciandum sit, idque maximè propter sexûs fragilitatem, & ob præsumtam ignorantiam, *Gail. 2. obs. 77. n. 3.* quia renunciatio incognitorum & incogitatorum esse non potest. *Mev. ad §. Lub. l. 1. tit. 5. art. 7. n. 117. & seqq.* & nemo censetur renunciare illis juribus, quæ ignorat sibi competere. *Gail. 2. obs. 41. n. 2. l. si per errorem ff. d. jurisd. l. 19. ff. de inoff. testam. l. 8. ff. de per hered.* Ejus enim ommissio, quia importat suspicionem doli & fraudis. *l. 35. ff. de pactis l. 9. §. 2. ff. de transact.*, parit nullitatem *l. 23. §. fin. C. ad Sct. Vellej.* ut ejusmodi absque certioratione factæ renunciaciones præter strepitum verborum motumque labiorum nihil operentur; hinc & *nostro jure* hoc requiritur. *art. 14. verb. auff deren vorhergange deuthliche verständigung.* (2) Ut fiat in judicio. Aliàs enim eluderetur & inutile redderetur beneficium hujus *Vellej. Sct.* Quoniam, quâ levitate & infirmitate mulier intercedit, eadem etiam renunciabit, quod utraque res præsentis damni & incommodi nihil habeat. Et profectò, quæ, ut intercedat, eadem facile ut renunciet, sibi persuaderi patietur. Unde sane ridiculum fuerit, earum levitati gravitatem hujus *Scti* objecisse, si hanc liceret uno verbo eludere. Itaque non sufficit certioratio ut vult *Gail. 2. obs. 77.* utpote, quæ non monstrando periculum imminens levitatem muliebrem restringere non potest. Et mulierem posse indistincte *Scto Vellej.* renunciare, idem est, ac licitum esse ad id, quod recta via prohibitum est, obliquâ pervenire. Ideo renunciatio debet esse judicialis. *Berlich. p. 2. concl. 21. n. 2. Bach. ad Wes. ad Sct. Vellej. & ad Frentl. diff. 25. th. 4. lit. B. vol. 1.* quæ propter autoritatem & actorum & ipsius magistratus, quæ eludi non debet, & quæ ita solenniter intercedit præmeditatum obligandi ostendit animum. *nostro art. 14. verb. soll sie aller Frävlichen gerechtigkeit gerichtlich renunciiren.* Notandum hîc venit quod primum horum requisitorum, certioratio nempe, in muliere pro marito intercedente non sit neces-

necef-



necessarium, quando illa fit in iudicio, quia illa, quæ in iudiciis fiunt omnem contractuum solennitatem exsuperant. *l. 19. C. de testam.* Et si statutum, quo uxor tenetur pro marito, valet, juxta *l. hac definitione C. de omn. agro deser. l. fin. C. de primipil. l. satis Cod. in quibus causis pign. Gail. 2. obs. 90. n. 1.* multò magis illud, quod intercessionem pro marito ab uxore judicialiter, licet absque certioratione factam validam vult esse. *nostro art. 13.*

§. 3. Objectum sunt omnia bona, quæ in nostro sunt patrimonio, quia quilibet habet suarum rerum liberam administrationem. *l. 21. C. mand. & arbitrium rem suam diminuendi. l. 71. ad L. Galcid. & juris sui persecutionem duriores faciendi. l. 46. de pact.* Quæ ampla in proprietate dominandi libido coercetur variis legum modis & *nostro art. 16.* quoad bona immobilia avita, proavita s. venientia à patre, ut patrimonium, *l. 2. C. de his qui veniam etas, vel à matre, ut matrimonium. arg. l. 23. in pr. de adim. leg. sive à fratre, ut fratrimonium. Gothofr. in Rubr. C. de bon. matern. s. ab alio in linea ascend. descend. vel collateralis, vulgo, unbewegliche / Stamms- und Erbgüter. Schneid. in §. 2. n. 42. Inst. de donat. Wehner. in verb. Erbgüter. adde l. 15. ff. de minor.* Hæc temerario ausu, data levissima occasione prodigaliter non sunt distrahenda, ut evitetur ruina familiarum, *Carpz. p. 2. l. 12. §. 6.* quarum decus, ut per divitias conservatur, ita per inopiam perit *l. 3. in princ. ff. de testib. l. 1. de cust. reor. & distractio prædiorum pretiosorum à majoribusque relictorum. l. 35. de minor. domuumque avitarum, in quibus pater defecit, minor crevit, in quibus majorum imagines aut non videre fixas aut revulsas lugubre est. l. 22. C. de admin. tut. Gail. 2. obs. 127. n. 2. Aruma. disp. I. ad l. 2. C. de rescind. vend. th. 7.* Eum in finem forsitan mobilium alienatio antecedit immobilium in obærato. *l. 15. §. 2. de re jud. l. 5. §. 9. de reb. eod.* Et Carolus Magnus statutum fecit in Saxonia, ne res immobiles in Ecclesiasticos alienarentur, ut refert. *Griph. de Weichb. Saxon. c. 28. n. 14. ex Arnif. de exempt. Cler. cap. 4. n. 8.* Bona tamen hæc avita immobilia permutari possunt, quia permutatio minùs præjudicialis est quam venditio. *l. 8. §. 24. de transact. Surd. de alim. tit. 8. privul. 56. n. 95.* Hinc bona ecclesiastica, quæ regulariter alienari non possunt, *l. 14. C. de S. S. Eccles. permutationis sunt capacia, c. 1. §. x. de permut. rer. & fundus dotalis aliàs in alienabilis, l. 4. de fundo*



*dot.* est permutabilis. *l. 26. de jure dot. l. 21. de pact. dot.*; sic quoque bonorum immobilium avitorum permutatio permittitur, & nova tunc in permutatorum locum succedunt. *Menoch. cons. 70. n. 40. nostro art. 16. verb.* Jedoch bleibt einem der etwa von dergleichen Güter ein abgelegenes stück durch permutation oder sonst vereufferungsweise ein ander gelegeners stück dagegen zu erhandeln/ als welches so dan für ein theil des Stamguts mit zu achten unbenommen. Hunc morem semper frequentem fuisse inter Frisios, dum fundus aliquis sapius duplici, triplici vel quadruplici permutatione ad secundum tertium, vel quartum possessorem pervenit, testatur, *Griph. in Oeconom. legal. l. 1. c. 26. n. 21.* ubi refert aliquam veterem permutandi formulam ex *Gold. tom. 2. rer. Alem. in chart. 19.* Ego Huprecht trado ad monasterium octo iuchos, de terra statim in jus monasterii redigendos, & accepi inde alios octo iuchos. Et hoc propter evidentem utilitatem, quando fundi remoti pro cujusque patriam. commoditate, permutatione ita approximari possunt, ut quod rerum natura denegavit, contractus suppleat, *c. 6. x. de rerum perm.* & hoc presenti tempore confirmatum videmus *nostro de art.*

§. 4. Cum verò necessitatis ingenti telo *Triaq. de retract. lign. §. 26. n. 24.* & amarissimis legibus, truculentissimoque imperio *Val. Max. l. 7. c. 6.* sit succumbendum, *L. 45. in fin. de exclus. tut.* bona avita, quia alias & naturâ & jure erant immobilia, necessitatis interventu, fiunt mobilia, hoc est alienabilia. Quoniam autem naturalis ratio, velut omnium rerum norma rectissima, a arctiori vinculo constringit eos, qui vel conventionis vel domini directi, vel crediti, vel vicinitatis, vel communionis, vel sanguinis jure copulantur, quam extraneos, & nos homines à rebus, quas majores nostri sudore suo familiæ addiderunt, ægerrimè abstrahamur, nec minus grave sit, humanam fidem frangi, & quæ inter eos placuerunt, non præstari; hinc factum est ut homines suo arbitratu suas res unicuique sine discrimine vendere prohibeantur & contra prohibitionem ejusmodi alienata revocari ab aliis pati jubeantur, ex quo nomen & *jus retractus* invaluit. Cujus originem videmus fundatam in jure divino, *Levit. 23. v. 23. seqq. Ruth. cap. 4. v. 7. Numer. c. 36. v. 8. 9. Jerem. c. 32. §. 7. 8. Ezech. 7. v. 13.* civili, ante tempora Theodosii Imperatoris. *Mev. ad f. Lub. l. 3. tit. 7. §. 4. Ubi*



4. Ubi post modum licet jus retractus constitutione, in *l. 14. C. de contr. empt.* abrogatum sit, invenimus tamen varios textus, in quibus casus prerogativam in contractibus continentes referuntur, ut (1) Fiscus in metallis *l. 1. C. de metallis* (2) habitantes in metrocomia, *l. nunc. C. non lic. hab. metr.* (3) Dominus invenditione emphyteuseos, *l. fin. C. de jure Emphyt.* (4) antiqui conductores fundorum publicorum, *l. congruit l. pradia C. de locat. prad. civil.* (5) in *l. 35. ff. de minor.* Accedit quod alienatio domini plane possit prohiberi *l. 34. §. 1. ff. de contr. empt. l. 14. C. eod.* cum pacto hoc fieri queat; *l. 3. C. de condict. ob caus. dat. l. 7. §. 2. ff. de diff. pign.* multo magis statuto. Argumentum enim ad statutum affirmativè valet. Ea propter habemus quoque juri huic faventes constitutiones, Lacapeni in Oriente & Friderici in occidente. Hic enim, quum suo tempore crebras in imperio Romano lites de hoc jure nasci cerneret, non dubitavit feudorum constitutionibus *lib. 5. F. 13.* hanc de jure *πολιμήσεως* annectere, cui *jung. 2. F. 3. §. 1. 2. F. 9. §. 1. & 2. F. 26.* & videmus id per longas consuetudines invaluisse in Gallia, Hispania, Italia, Batavia & in Germania ubivis ferè locorum. *Tiraq. pras. de retrait lignagier. Gaill. 2. obs. 19. n. 1. Myns. cent. 1. obs. 51. n. 1. Hahn. ad Wes. tit. de rescind. vend. part. 1. p. 1029.* sed hoc propter summam æquitatem. *Quid enim potest ex cogitari justius? quam si ita suum tribuatur ut non distrahatur ab ullius persone justiori petitione sic loquente Tryphonio in l. 31. §. 1. ff. Quid verò tristi- us? quam si paterna domus & antiqua majorum pradia in alienas manus transeant. arg. l. 22. §. ergo C. de administ. tut.* Et quemadmodum bona civitatis non alienare, nec privata quibusdam in locis aliò transportare extra territorium licet; ita rationi convenit prohibitio, de bonis extra familiam quæ quædam parva civitas est, *Griph. œconom. legal. c. 1. l. 1. n. 108.* non alienandis, ut interitus & squalor familiarum evitetur, quia non tantum privatim sed publicè interest salvam conservare familiarum dignitatem, *l. 1. §. etsi ff. de ventr. insp.* Bonorum autem accessione conservantur familiæ & sine iis sordescunt. *Cothm. conclus. 19. n. 12.* Et inde procul dubio factum, quod in nostra provincia, a veteribus Frisonibus ante Christum natum originem ducentes familiæ per tot seculorum mutationes & temporum injurias hodiè etiamnum floreat.

§. 5. In-



§. 5. Introducitur autem hoc jus vel per conventionem vel legem aut consuetudinem, *Struv. synt. XXIII. 47.* & hoc vel ratione domini directi in re Emphyteutica, *l. fin. C. de jure empb.* vel crediti, *l. 16. de reb. ant. jud. possid.* vel vicinaitatis, *Triaq. d. tract. part. 1. §. 1. glos. 9. n. 26. § 96. Sand. Des. Fris. l. 3. l. 4. des. 9.* vel communionis, vel consanguinitatis.

§. 6. Hoc jus dicitur (1) Retractus, à retrahendo, quasi contractum consummatum dissolvendo retrahere & alienata recuperare. *l. 9. §. 1. ff. de admin. rer. ad civ. pert.* Gallicè retrait à retraire, quod est retirer en derriere (2) Jus *ἰσχυριστικῶς*. (3) Præclusio. *Wiss. ad ff. part. 1. disp. 36. th. 1.* (4) Jus congrui. *Benedell. de jure prothim. n. 6. arg. l. 4. C. de locat. præd. civil. § fiscal. Reuck. quest. l. n. 7.* (5) Jus prælationis *Wiss. supr. all. loc.* (6) Jus recompræ. (7) Germanicè, *neher kauff/ vorkauff/ negergeltung/ abtreib/ einstands gerechtigkeit/ Daß gespielde. das zucht recht / die lösung Wehner. observ. part. verb. lösung.* Hujus itaque retractus subjectum, objectum & forma sunt excutienda.

§. 7. Subjectum constituunt (1) consanguinei, sub quibus comprehenduntur etiam liberi, *l. 12. ff. de suis & legit. hered. foeminae, l. unic. C. de imper. lucrat. descript.* quia etiam familiae & generis appellatione continentur, *l. 195. d. V. S. & ideò æqualiter admittuntur, Berlich. part. 2. concl. 39. n. 23. fratres & sorores, §. 1. 7. de legit. agn. success. l. 1. §. 10. § 1. ff. de suis & legit. & quilibet cognatione & sanguine junctus nostro art. 21. verb. befreundte* (2) per interpretationem extensivam vicinus, qui æstimatur vel ex commoditate, *l. 38. ff. de S. U. P. Bach. ad Trentl. vot. 1. disp. II. §. 2. lit. B.* vel ex auditu, *l. 8. pr. ff. de nov. op. nunc, l. 1. §. 27. ff. S Ct. Syllon.* vel ex visu, ut vicinus sit, cujus res aut domum ex nostris observare possumus, si alludamus ad vocem Gallicam, *voisin*, à verbo *voir*, videre, vel ex contiguitate prædiorum ut h. l. & quidem absque respectu situs versus orientem aut occidentem & quantitatis. *nostro. art. 25. verb. ohne unterscheid / so woll der nachbarschaft / oder belegenheit von der Sonnen auff- und niedergang / als auch der quantität des Landes.* Hic itaque nullis consanguineis retrahentibus, admittitur. *Gaill. 2. obs. 19. n. 31. Triaq. cl. tract. §. 20. gloss. 1. n. 1. § 30. in cons. Friderici lib. 5. F. 13.* Quod jus dicitur in prædiis urbanis das

nache



nachbar Recht / in rusticis, das furcht Recht / nititurque naturali sua ratione. Quia conducit, non admittere molestum aut rapacem vicinum, semper enim aliquid mali propter vicinum malum *Gail. 2. obs. 69. n. 21. Cothm. 2. conclus. 93. in pr.* Præstat enim possessiones conjunctas habere, quia major earum est utilitas propter faciliorem culturam & inspectionem ex conjunctione resultantem. *Plinius 3. epist. 19.* Deinde ut regna & provincias unitas esse expedit, quippe quæ disjunctæ, potentiam regiam separant, sicut hoc in corpore Hispanico videmus, quod propter suarum partium & membrorum laxitatem marcescere incipit. *Camer. lib. 1. subf. 85. tract. de insul. c. 85.* Unde interest, confines fundos supra justam æstimationem acquirere *l. 54. de legat. 2. l. 1. §. 15. si quid infradem cred. l. 36. de bon. liber.* Et Frisii, cum plerumque in suis fundis habitent *Griph. Oeconom. legal. l. 1. c. V. n. 70*, ita ut eos ad focum sedentes plerumque custodire possint, verisimile est illos, ut alia contiguitatis agrorum introducendæ adminicula, v. g. cambia & recambia non neglexerunt *Griph. Oeconom. legal. l. 1. c. 26. n. 27.* nec hoc jus vicinitatis ignorasse. Quod confirmari licet ex eo, quod illi studuerint personarum vicinitati per statutum, extans in Jure Provinciali Jeverno *im 10. Köhr verb. de Fresen dorffen nicht wieder reisen/ als dat se des avends kohnet wedder tho huest kassen/* multò magis agrorum, ut hoc etiam *nostro* habemus confirmatum *art. 26.* Ubi vicino conceditur, vicini prædia non vicino vendita retrahere, intra tempus ad octo dies, si denunciarent, si non, ad octo septimanas, restrictum, quia minor æstimatur favor in vicino, quam consanguineo. In concursu autem duorum vel plurium potiores partes sunt prævenientis, ita, ut ei in solidum detur actio, *l. 2. C. qu. & quib. quan. pars. conf. Tiraq. d. tract. in pref. §. II.* Omnibus tamen præfertur, qui habet prædium vicinum dominans, ob evidentem & explicatione non indigentem rationem.

§. 8. Objectum sunt bona immobilia avita, sive gentilia, sive alio modo acquisita, angeerbte / angefallene güter *Cothm. conf. 38. n. 8. vol. 1. Tiraq. d. tract. §. 32. gl. n. 4. Reinck. quest. 3. §. 10. nostro art. 18. verb. angeerbte oder auch andere liegende grunde &c.* Non autem mobilia, quia ratio rerum in familia conservandarum in mobili-



bilibus rebus deficit, ut pote quarum possessio fluxa admodum & fragilis l. 47. ff. de acquir. vel amitt. poss. l. 44. ff. eod. nec in ea potest cadere tanta affectionis consideratio, ut majorum vestigia re tineri possint l. 22. C. de admin. tut. l. fin. C. quar. decret. opus non est. Deficiente oratione juris ipsa quoque deficit juris dispositio. l. 4. §. 6. ff. de damn. infect.

§. 9. Forma retractus requirit. (1) Ut bona sint alienata, aut venditione, non illâ, quæ quamlibet alienationem complecti videtur. l. statu liberi §. Quintus ff. de statu liber., sed quæ consensu, re & pretio intervenientibus perficitur, aut in solutum datione, hæc enim vicem emptionis venditionis obtinet. arg. l. 4. C. de evict. In Locatione conductione hoc jus nullum locum habere, plerorumque locorum jure receptum est, ob deficientem hîc rationem, quia finito tempore conductionis, bona ad familiam redeunt, nec ad extraneos transferuntur. arg. l. 39. ff. locati l. 9. ff. de R. vind. l. 9. §. 2. ff. de precar. l. 10. §. 1. ff. de acq. vel amitt. poss. ita, ut per eam dominium non mutetur d. l. 39. Nihilominus quia locatio conductio emptioni venditioni est proxima, & aliquando fit in longum tempus v. g. 20. vel 30. annorum, retractui est obnoxia. Tiraq. §. 1. gl. 14. n. 84. Sutor. de 7. Retract. cap. 12. th. 277. & nostro art. 29. Ubi consanguineis & vicinis in fundis per 4. annos vel suprâ locandis, jus prælationis competit, non autem in iis, qui per 3. annos vel infra locantur, nisi quoque collusio, renovato quotannis in præjudicium alterius contractu, intercedat. nostro art. 30. (2) Ut retracturus justum pretium & integrum solvat. arg. l. 34. §. 1. verb. si obtulerit eam quantitatem, qua refundi debet ff. de statu liber. l. 13. §. 8. ff. de act. empr. Gail. 2. obs. 19. num. 7. Hahn. ad Wes. de rescind. vendit. p. 1030. Tiraq. de retrait lignagier, ubi vernacula id sic exprimit: *Et doit payer le pris, que la chose aura conté.* Particularis solutio, utpote damnosa, non sufficit. l. 21. ff. de reb. cred. l. qui pignori ff. de pign. & hypoth. Accidere autem nonnunquam solet, quod, retrahente pretium justum offerente, emptor plus justo dederit, quo casu retrahens, non solum justum pretium, sed quod suprâ alter dare paratus fuerit, sive jam tum dederit, offerre debet. Petr. Greg. Tholosanus. in Syntag. Jur. univer. l. 26. c. 22. n. 1. nostro art. 18. verb. oder an andere außzubringen vermöchte. Secus si emptor, majus pretium, ut consanguineum deterreat, se obtulisse simulaverit, nostro



*nostro art. 23.* tunc enim ad verum pretium recurrendum. *Köppen Decif. 52. n. 18. & n. 21.* Insuper retrahens tenetur implere omnia pacta inter emptorem & venditorem bonâ fide adjecta, quantumvis onerosa, *Wes. cons. 5. n. 17.* & persolvere, quod extraneus jam tum in pecuniâ paratâ exsolvit, vel promisit, nec sufficit, vel fidejussores quantumvis idoneos obtulisse. *Pistor. quest. 12. n. 6. Berlich. conclus. 41. n. 14. nostro art. 23. verb.* Alles dasjenige würcklich geleistet / was der erste Käufer zuvor geleistet hat / oder zu leisten über sich genommen.

(3) Ut cum pretio unâ expensas & sumtûs tempore confecti instrumenti super contractu emtionis venditionis factas integrè refundat. *Constit. Frid. de jure protim. l. 27. ff. de edil. edict. nostro art. 22.* (4) Ut intra certum tempus fiat retractio, ne dominia rerum in incerto sint. *l. 1. ff. de usurp. & usucap.* Illud autem tempus multifarium est & pro locorum, statutorum, usus longævi, morumque diversitate variat. Quæ, si in determinatione temporis silent, jus commune sequimur. *Ex l. final. C. de jure Emphyt. quod est 2. mensium. Ex constit. Friderici 30. dierum, sed hodie plerumque unius anni & diei Gail. 2. obs. 19. n. 14. Myns. 3. obs. 51. n. 5. Levit. 25. vers. 29. & 30. nostro art. 21. anni & 6. septimanarum, ut eo melius evitetur litigiosa & anceps illa quæstio: utrum dies termini computetur in termino, quæ aliâs per unius diei adjectionem tolli solet. Restringitur autem hoc tempus ad 6. septimanas, si venditor consanguineis se bona talia venditurum denunciaverit, ut id requiritur *nostro art. 18. & 19.* Ubi denunciatio per testes duos consanguineis separatim, vel successivè ad tertium usque canonice computationis gradum inclusivè à venditore est facienda. In ignorante autem tempus non currit. *Gail. 2. obs. 19. n. 19.* Contra ignorantem enim non procedit præscriptio *Myns. cent. 3. obs. 51. num. 4.* Præscriptio namque in pœnam quasi negligentie introducta est. *Gail. 2. obs. 60. n. 3.* Ideoque ignoranti beneficium restitutionis in integrum conceditur, *nostro art. 21. verb.* es wer dan derselbe aus nachtheiligen vorsatz gar geheim gehalten / so dan bey unserm Landgericht / deme auff erlangte wissenschafft sich so bald anmeldenden / das beneficium restitutionis billig vorbehalten bleibt.*

§. 10. Ex dictis itaque talem retractus forme descriptionem; Retractus est prælatio, quâ certæ quædam personæ, ex speciali juris dispositione, rem immobilem, venditam aut locatam, ad quam

E 2 emen



emendam vel conducendam ipsi proximiores erant, intra legitimum tempus, æquali pretio ab emtore, vel mercede à conductore revocant, ut conservatione bonorum ex parentelâ convenientium familiæ conserventur.

§. II. Contractuum firmamentum hoc capite coronidis loco etiam paucis est perstringendum. Hoc consistit in submissione judiciali censuræ & confirmatione judiciali. Cum enim immensam captionum, fraudis & doli, quos actibus contrahendi & paciscendi alias propter suam varietatem penè in extricabilibus, ex hominum nequissimâ avaritia & alios decipiendi libidine orta invidia addere solet, multitudinem legum civilium compositores viderint, ideò contractus variis solennitatibus fieri, ut fraudulentos hominum conatus reprimerent, jusserunt. Hinc testium nomen, sigillorum usum, varia instrumentorum genera, & multa alia ex quibus contractus vigere possunt, jure inventa & longâ praxi observata esse perspiciamus. Horum omnium robustissima solennitas est, quando contractus vel fiunt in judicio vel ibidem protocollo inscribuntur, quia illa, quæ fiunt in judiciis, omnium contractuum solennitatem exsuperant. *l. 19. C. de testam.* & quæ publica sunt, propriè causas instruunt & fidem faciunt. *Wes. parat. ff. de Instr. n. 1.* Et ideo non solum jure civili contractus inter acta referebantur, cujus exemplum est in *§. alia autem Inst. de donat. & in l. pen. §. ult. C. eod.* ubi in donatione aureorum ultra 500. requiritur insinuatio; & apud acta fiebant *l. 1. 2. C. de his, qui in Eccles. ma. l. 2. C. de edend. l. omnium C. de testibus. Mev. ad 7. Lub. l. 3. tit. 6. art. 1. n. 1.* quia jus civile vult, non esse singulis concedendum, quod publicè per magistratum fieri possit, ne occasio sit majoris tumultus faciendi. *l. 176. ff. de R. 7. l. 13. §. 3. ff. de usufr.*; sed etiam in nostra provinciâ *art. 10.* Et hujus statuti ratio non solum utilitas est; sed etiam consuetudo inveterata apud Frisios, quæ colligitur ex Jure Provinc. Jever. Rubric. *van den söventein föhren de Carolus de verde/xc. m. 6. Röhr verb. nemand schall breve (instrumenta) versegeln* (consignare, quia sigilli adjectio est ultima instrumentorum privatorum solennitas) *denn de froukens herrn / se schölt anders im Gericht nenen gloven hebben.* Speciaticim instrumentorum dotalium confirmationem in judicio expectari vult nostrum jus, ne fiant contra bonos mores *l. 5. l. 6. de pact. dotal. vel contra dotis natu-*



naturam l. 4. eod. sive alias dotis causam reddant in præjudicium mulieris deteriore. l. 48. de pact. l. 2. l. 12. §. 1. de pact. dotal. l. 3. §. 5. C. eod. nostro art. II. Cum quo Frisia occidentalis jus convenit. iii. von Brautschag. verb. All Ehestiftung/ sie seyn groß oder klein/ soll ein jeder lassen beschreiben zu dem hause/ dar er im Ampte ist gesessen/ alda ein register ist verordnet/ alle Ehestiftung zubeschreiben. Effectus sic confirmatorum contractuum est, probatio probata & non probanda juxta receptam Dd. sententiam, æquiparanturque rei judicatae. nostro art. 10. verb. gleich einen abgeurtheilten rechte. Quia enim forma rei judicatae consistit in pronuntiatione judicis, N. 71. c. 1. juri & actis conveniente, l. 31. de re judic. Bach. ibid. th. 4. Struv. Syn. 7. C. XLIV. 5. 6. hæc autem omnia contractibus publica autoritate consummatis & justis pronuntiatis insint, ideoque quod semel firmum est tractu temporis non potest infirmari, sicut è contra, quod initio vitiosum est tractu temporis non potest invalescere juxta. l. 210. de R. 7.

#### CAP. IV. De Testamentis.

§. 1. Cùm nostra circa ea, quæ dominio subjacent, vendendi libera potestas, non nostræ vitæ termino includatur, sed per alienationem in mortis eventum factam, ante eam tamen revocabilem, retento interim possidendi & fruendi jure, Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 6. n. 14. ultra vitam ratione effectûs extendatur, ne postremæ voluntatis liber prohiberetur esse stylus, liberumque arbitrium, quod iterum non redit l. 1. C. de S. S. Eccles: hujus quoque actus, scil. testamenti, juxta juris civilis & nostri juris statutarîi dispositionem, ut pote ex quâ peculiarem quandam nanciscitur formam, subjectum activum, passivum, forma, objectum, substantia, & executio, sunt discutienda.

§. 2. Subjectum activum est quilibet, in quo naturalis & civilis habilitas est. Dauth. de testam. p. 122. n. 120. Quæ non est in impuberibus, l. 5. l. 19. ff. qui testam. fac. poss. furiosis, l. 9. C. eod. mutis & surdis, l. 6. §. 1. ff. eod. aliisque, quorum longum catalogum vide apud Struv. XXII. 7. 8. nostro art. 31. Possset etiam videri, quod lege prohibeantur conjuges se invicem instituire, quia talis institutio tanquam captatoria, jure improbat; l. 70. ff. de



*red. instit. l. 64. ff. de leg. 1.* Communior tamen sententia est, quæ in contrarium ivit per *l. licet C. de pactis. Gail. 2. obs. 117. n. 7. nostro. art. 33.*

§. 3. Subjectum passivum sunt personæ habilitatis istius compotes, quæ æstimatur ex testamenti factione *l. 49. §. 1. ff. de hered. instit.* Ab hæc excluduntur quidam absolutè, quidam secundum quid, aut non, nisi in certam partem *l. 2. §. anth. licet. C. de nat. lib. N. 89. c. 12.* Inter hos sunt liberi naturales, respectu patris. Hic enim potest liberos naturales cum legitimis instituere. *Gail. 2. obs. 112. n. 18. §. 88. n. 1. Myns. 1. obs. 35. n. 1. 2. Fachin. lib. 4. contr. 3.* Antiquitus tamen legitimâ existente prole, usque ad unam unciam naturales institui poterant, illa autem non existente usque ad medietatem totius substantiæ *Nov. 18. c. 5.* Quibus, quia hodie comparantur geniti ex foemina meretriciam vitam non profitente, *Richt. dec. 88. n. 33.* quid donari & legata relinqui potest, *Gail. 2. obs. 88. n. 12.* Imò alimenta debentur *Gail. ibid. n. 6. nostro. art. 45. §. statut. Jeveran. tit. van unechten Kindern verb. de natürlife Kinders schölen van des Vaders Geth nichts empfangen / man gevodet werden.* Et hoc, usque dum labore proprio victum suum quærere possint. *Gail. ibid. n. 9. Struv. XXX. 76.* Mater verò naturales absolutè potest instituere, quia illa semper est certa de liberis, *l. 5. ff. de in jus voc. & respectu matris verè ac propriè liberi sunt; ob quam causam jus sanguinis quoque habent l. 10. §. 1. §. seqq. ff. de grad. & affin. l. 2. l. 4. ff. unde cognati & successionem l. 2. ff. eod. §. 4. Inst. de success. cogn. l. pen. C. ad SC. Orphit. N. 89. c. 12. nostro arc. 45.*

§. 4. Forma consistit in variarum solennitatum necessariâ observatione. Cum enim Romani viderent multiplici captioni obnoxia esse testamenta, illamque vellent ab his in Rep. exulem esse, ut loquitur *l. 29 C. de testam.* multis vigiliis excogitarunt solennem testamentorum formam *l. 35. C. de inoff. Test.* Et introduxerunt ut alia testamenta essent scripta, alia verò non scripta. Illorum solennitates sunt: (1) ut testes sint præsentés *l. 21. §. 1. ff. qui test. fac. poss. & qui sint (a) viri, non mulieres, §. testes, Inst. de test. ordin.* tum, quod more Romanorum foemininam hujusmodi actibus cum viris interesse, turpe & inconveniens habitum fuit, tum, quod foeminarum testimonium propter judicii infirmitatem & ingenii quan-



quandam levitatem in hac materia minus habile, nec omni exceptione majus visum fuit *Gail. 2. obs. 112. n. 6. Et jure feveran. im 6. Köhr* (b) habiles, (c) rogati, *l. 21. §. 1. ff. Qui test. fac. poss.* (d) audientestestatorem *l. 9. C. eod. l. 20. §. 9. ff. eod. nostro art. 32.* (e) septem. Qui numerus ad minorem non solum in jure aliquando redigitur, uti in variis casibus, qui in diversis juris textibus continentur, videre licet, sed etiam consuetudine, qui numerus tanquam solennitas quaedam, *Gro. de 7. B. & P. l. 2. c. 6. n. 14.* pro statuti & consuetudinis diversitate, potest variari, uti *nostro art. 32.* ternarium sufficere videmus, tam quia omnes hujus provinciae homines ruri degunt, & imprimis ista apud Priscos Germanos dispersim habitandi consuetudo, apud nos adhuc est usitata; ita ut unus vix, vel non ab altero acclamari possit, *Corn. Kemp. lib. 1. de orig. & reb. Fris.* quam quia talis exiguitas numeri compensatur pastoris praesentia secundum jus canonicum, qui ad fraudes & calumnias evitandas adhibetur, *Perez Praelect. de Testam. n. 23.* vel aliorum officiariorum civilium, *nostro art. 32.* (II) ut subscribant testator & testes §. 5. *Inst. de testam. ordin.* Sed quia rustici ut plurimum deficiunt peritiâ scribendi, iis hæc solennitas hodiè remittitur *Mev. ad l. Lub. part. 2. tit. 1. art. 2. n. 54.* & sufficit si tantum sua signa usitata adjiciant *nostro art. 32. verb. Unterziehung ihres gewöhnlichen marcks /* ut hoc multis in locis valet, *Myns. ad §. 5. Inst. n. 3. de testam. ordin. Ungep. exerc. 8. quest. 2.* (III) ut testamenta fiant unico actu, non interveniente extraneo, *l. 21. §. f. ff. Qui test. fac. poss. l. 28. C. eod. Hann. ibid. Struv. XXXII. II. nostro art. 32.* Nisi actus aliquo modo ad testamentum pertineat: ut si testator jubet hæredem restituere aut solvere pecuniam quam dicit se debere *l. 12. de alim. vel cib. leg. Ungep. exerc. VIII. quest. 3. nostro art. 47.* Non vero si dicat testator sibi ab illo aliquid deberi *d. art. 1. 6. C. de probat. N. 48. c. 1.* His autem recensitis requisitis non est adstrictum ultimum eloquium, quo pater vel mater inter liberos disponit, *Gail. 2. obs. 112.* si modò sit conscriptum propria testatoris manû *Nov. 107. c. 1. l. fin. G. famil. hercis.* Si sit nuncupativum, testamentum duo sufficiunt. *Struv. XXXII. 18. Dauth. de testam. p. 449. n. 37. nostro art. 32.*

§. 5. Objectum sunt omnes res, non solum propriae in testando, *Tiraq. in privil. pia caus. 30.* sed etiam in legando, alienæ

§. cum



§. cum solum 7. de legat. l. 19. C. eod. Restrigitur verò hæc testandi libertas in bonis avitis immobilibus, quæ, quia jure restrictiori, ut maneant in familiâ, quis accipit, contra id in alium, puta extra familiam, deportari non possunt, arg. l. 55. de R. 7. sed ad cognatos, & quidem nostro art. 34. ad quartum gradum inclusive, computationis canonicæ, transferri debent, ut familiæ conservaretur decus. Eodem modo apud Athenienses prædia legare erat illicitum, & Spartani primogenito cujusque familiæ vel proximo agrum dare jubebantur, Bodin. l. v. c. 2. n. 533. imò apud Romanos lege Volconit cavebatur, bona de familiâ exire Borcholt. ad §. ceterum de legit. agn. succ. Et cum decus familiarum per divitias conservetur, August. l. 3. de civ. Dei c. 100. inconsideratâ legandi libertate illas exhaurire, fas non est. Unde & majores de paternis gentilibusq; prædiis duas tresve uncias ad summum legare prohibuerunt Bodin, l. s. c. 2. n. 533. Et uti lex Falcidia in favorem heredis, sic articulus nostri juris 36. in favorem familiarum legandi licentiam præscindit, ut quis deducto are alieno, l. subsignatum §. bona ff. de verb. signi. Gail. 2. obs. 119. n. 13. nostro art. 36. rem centum thalerorum, viginti thaletis pro legato tantum gravare possit, ad pias causas verò triginta. nostro art. 37. Quia summus est favor, qui pro religione tacit. l. 43. ff. de religios. & sumt. sun. Unde etiam ibi cessat lex Falcidia. auth. similiter ad L. Falcid. N. 131. c. 12. Nam legatorum ad pias causas tantus est favor, ut non subjaceant solennitatibus testamenti, Dauth. de Testam. p. 56. n. 61. ita, ut testamento per illarum neglectam observationem rupto, nihilominus debeantur legata. nostro art. 41.

§. 6. Substantia testamenti est heredis institutio, quæ est caput & fundamentum totius actus. §. 34. 7. de leg. Forma institutionis est vel negativa, vel positiva. Positiva est, quâ quidam pro lubitu vel necessariò instituuntur. Struv. XXXII. 24. & quidem æqualiter, vel inæqualiter. Hinc inter liberos, quanquam conducatur, ut æqualitas observetur, l. 17. 20. C. de collat. l. 6. §. 2. C. bon. qua liber. l. 4. C. comm. divid. quâ neglectâ, fratres sæpius adducuntur ad magnas ad scæviores contentiones, N. 18. c. 7. ut idcirco Imperator sanciverit, parentes omnia ita disponere debere, ne ullam contentionem relinquunt. N. 107. c. 1. quia æqualitas maximam



mam concordiam parit; *Cothm. vol. 1. conf. 6. n. 19. nostro art. 43.* tamen distributio inæqualis etiam valet, & tunc vim prælegatorum habet, quæ jure approbantur, *l. ex facto ff. de hered. instit. l. qui filiabus §. fin. ff. de legat. 1.* Unde & accuratè observari debent, nec impugnari possunt, *d. l. ex parte Gaill. 2. obs. 116. n. 2. nostro art. d. modo legitima maneat salva, quia hæc auferri non potest, licet Deo daretur. l. cum ratio ff. de bonis damnat. Gaill. 2. obs. 119. n. 1. & seqq.* Forma negativa est exhereditatio, quæ non solum permittitur ob causas *in N. 115. c. 3. & 4.* expressas, sed etiam alias iis similes, vel majores *Struv. XXXII. 33. Ungep. exerc. 8. q. 7. nostro art. 35.* Quia æquipollentium eadem est ratio, *l. fin. ff. mand. vel. contr.* & de similibus idem iudicium *l. 12. C. de legibus.* Quæ causæ, si ab eo, qui se heredem esse vult, probantur; rumpitur testamentum quoad heredis institutionem, non quoad legata vel alia capitula *N. 115. c. 3. in fin. & c. 4. l. 17. de inj. rupt. irrit. Gaill. 2. observ. 113. n. 1. nostro art. 35.*

§. 7. Tali solenni modo confecta & morte testatoris consummata testamenta debent aperiri. Quæ apertura, est actus judicialis, quo testamentorum tenor iis, quorum interest manifestatur. Fiebat hæc olim tertio vel quinto post mortem testatoris die. *Wes. in w. ff. n. 4. Testam. quemadmodum aper. Treutl. l. 2. diff. 12. thes. 7.* Post aperturam sequitur publicatio, quæ est in monumenta publica vel archivum translatio. *l. 18. C. de Testam.* sine hac enim regulariter testamentum nihil probat, *l. 1. C. quemd. test. aper.* & productio, mense vel triginta, veteri verò jure paucioribus diebus post mortem testatoris, *Wes. in parat. ff. de acq. hered. n. 7. nostro art. 40.* intra 6. septimanas, mediantibus testamentariis, vel à testatore, vel à Judice constitutis. *Mev. ad 7. Lub. part. 2. tit. 1. art. 11. n. 17. nostro 1. art.* Expedi enim suprema hominum judicia citò exitum habere & ad effectum deduci *l. vel negare ff. de tab. exhib. l. 1. pr. ff. si quis amiss. caus. testam.*

## CAP. V. De successione ab Intestato & modo conferendi.

§. 1. Ut leges varias ex variis probabilibus rationibus & circumstantiis, circa negotia & actus, quorum nulla demonstratio vel proba-

F

proba-



probatio haberi potest, inducunt & formant præsumptiones; ita concedunt, deficiente expressâ morientis voluntate, hereditatem adire iis, quorum ea esse, voluisse defunctum maxime erat probabile. *Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 7. n. 3.* Variatur autem hæc probabilitas ex causis affectûs, utilitatis, proximitatis, & commiserationis, legibus & moribus. Hinc varii succedendi ordines & modi, tam ex *ll. XII. tabb.* quàm veteri & Prætorio jure, qui omnes, sublatâ patriâ potestate & emancipationis, agnationis cognationisque differentia, ex jure Authenticorum ad tres scil. descendendum, ascendendum & collateralium sunt redacti.

§. 2. Quia homini indita est naturalis proclivitas se conservandi & propagandi, *Gen. I. vs. 28.* ideo, quoniam se in individuo conservare non potest, studet speciem per propagationem liberorum conservare. *Arnif. Polit. l. I. c. 2.* Hinc non solum pater præsumitur illis velle ex bonis alimenta subministrare, *Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 7. n. 4.* sed omnem hereditatem eis concedere, ad quam idcirco leges eos vocant, *l. fin. ff. de bon. damnat. l. nihil interest. ff. de bon. lib. N. II 8. c. I.* diversimodè tamen pro diversitate gradus. Qui enim sunt primi gradus, viritim sive in capita, qui secundi vel ulterioris in stirpes, nili ex eâdem stirpe nati, tunc enim quoque in capita succedunt, *Serv. XXXVIII. 19. Schneid. ad Inst. de succ. fil. nat. & legit. n. 12. & seq. Bach. ibid. §. 6. l. 3. C. de suis & legitimis N. II 8. c. I. nostro art. 55.* jure repræsentationis dictæ alias vicariæ successione, quâ ad liberos, qui vivis parentibus, quodammodo Domini bonorum paternorum dicuntur *l. in suis ff. de lib. & posth. bona, illis decedentibus, tanquam jus quæsitum transmittuntur, l. 2. & 3. C. de suis & leg. l. 8. §. 8. de inoff. testam. in linea descendente usque in infinitum. N. II 8. c. I. Myns. §. 9. n. 6. Inst. de hered. qua ab int. Bach. ibid. §. 6. Ungepaar. exerc. 9. q. 6. nostro art. 55.*

§. 3. Deficiente primo ordine succedendi, alter n. p. ascendendum, parentes per mortalitatis ordinem inversum. *l. 15. ff. de inoff. testam.* ad bona liberorum ratione commiserationis tantum vocantur, *l. 7. §. 3. si tab. testam.* ut in luctu ex amissione liberorum orto ex hereditate obventura solatium aliquod capiant, quæ ideo dicitur dura, *Gryph. Oecon. legal. l. I. c. 34. n. 103.* luctuosa & tristis *Goth. in l. 7. in pr. de bon. damnat.* Hæc ascendendum successio fit  
jure



jure Romano æqualiter, *auth. defuncto C. ad Sc. Tertul.* nullo habito respectu, an à patre, vel matre bona ad liberos pervenerint. *N. 118. c. 2. Ungep. exerc. 9. q. 7.* Contrarium vero, nempe bona materna ad materni generis ascendentes, paterna ad paterni generis ascendentes debere devolvi, statuunt *Hunn. 4. t. 12. n. 9. Carpz. 3. c. 14. d. 2. Richter. f. 3. m. 1. n. 10.* Et hoc cautum est Jure statuario. *nostro art. 56. & 63.* verb. Das Erbgut fällt allezeit wieder an die seite worvon es herrühret. Hinc superstes mater vel pater non excludit defuncti agnatos in bonis, quæ ab illo defuncto ad liberos pervenerunt. *art. 56.* Ubi moderatur aliquatenus rigor juris Civilis, quod, matre mortuâ solum patrem admittit & vice versa. *Schneid. de success. parent. nat. & leg. num. 21. Struv. XXXIX. 27.* Non tamen ab ascendentibus excluduntur fratres & sorores utrinque, defuncto conjuncti, sed in capita succedunt, nisi Germanorum fratrum liberi concurrant, tunc enim successio fit in stirpes. *N. 118. c. 2. auth. defuncto C. ad Sc. Tert. N. 128. c. 1. nostro art. 56.*

§. 4. Collaterales obtinent tertium ordinem succedendi, *auth. cessante C. de leg. hered.* Et quidem fratres & sorores cum fratrum & sororum liberis in stirpes. *N. 118. c. 3. art. 60.* Illis autem omnibus mortuis eorum liberi in capita. *d. N. Reichs U. zu Speyer. d. an. 1529. §. item als bissher. nostro art. 60.* Consanguinei vero succedunt in bonis à patre, uterini, in bonis à matre venientibus, *l. 13. §. 2. C. de leg. hered.* cui Novellæ nihil derogare affirmat *Struv. XXXIX. 35. nostro art. 61.*

§. 5. Ut autem universalis illa communio, cujus meminit Justinus, lib. XIV. propter hominum vitæ generi exquisitiori studentium, deposito pristino sua simplicitate contento animo, luxuriam, quæ nec in labore, nec in columtiome fructuum æqualitatem servabat, *Grot. de J. B. & P. l. 2. c. 2. n. 2.* non potuit durare; ita nec communio particularis, & quidem hereditatis, ob heredum illius commodis & incommodis inæqualiter fruendum raram concordiam & multarum rixarum causam, consistere potest. *l. 77. ff. de legat. 2.* sed tollitur, etiam invitâ altera parte, ita ut nemo in communione permanere teneatur. *l. fin. C. comm. div. Schneid. de commun. div. n. 17. f. de action. nostro art. 77.* & quidem per actionem familiæ eriscundæ, *tot. tit. ff. & C. famil. erisc. de hereditariis rebus dividendis, & damnis,*



commodis, expensisque conferendis. §. 4. & 3. 7. de oblig. q. q. ex contr. l. 1. pr. l. 2. l. 22. §. 2. ff. fam. ercisc. §. 6. Divisio autem ex varietate linearum & graduum, variè contingit. Inter liberos jure Romano regulariter æqualitas attendi debet; *nostro* vero, art. 51. filius quadrantem, filia sextantem accipit, verb. Das nach fünff theilen zu rechnen/ ein Sohn 3. theil / und eine Tochter 2. theil / 2c. Plura adhuc tribuit filiis jus Severanum, *ut*. vultsibe schölen gelicke vele erben. verb. de Broder tastet mit beider handen tho/ de Suster mit ener handt / & Cretense, quo filia etiam dimidium tantum ejus, quod filius totum accipit. *Alex. ab Alex. l. 4. genial. dier. 8.* Et hanc inæqualitatem posse procedere probat. *Schurf. conf. 20. n. 4. vol. I. Gryph. Oecon. legal. l. 1. c. 34. n. 48.* quia per filios conservatur familia. *pr. Inst. de legit. agnat. success.* Hinc etiam vetustas masculos magis diligebat, quam foeminas, §. 15. 7. de hered. ab intest. etiam jure Divino, *Num. ult. 7.* propter conservacionem familiarum, *Johan. Faber. in Rubr. Inst. de nupt.* quarum filiaè passim in jure dicuntur esse fines. Itaque contra rationem esse statuit. *Gryphiander Oeconom. legal. l. 1. c. 34. num. 80.* legem Tarentinorum, qua filii nihil, quam arma, quibus pugnent, accipiunt, filiaè verò ex asse sunt heredes.

§. 7. Quanquam omnium ferè locorum consuetudine & legibus receptum, ut primogenitus prærogativam habeat, non solum in principatibus & regnis, *Bodin. l. 5. de Rep. 2.* sed etiam privatis familiis, jure Divino & Canonico; *F. F. 2. F. 55. Tiraq. de primog. nostro* tamen ea debetur ultimogenito, art. 51. verb. Der jüngste Sohn in seinem theil den Sitz / 2c. tum, quod seniores filii plerumque ab ipsis adhuc vivis parentibus elocentur, tum, quod paternus affectus in ultimogenitum inclinatur, quia proles serotina, non exiguus ad benevolentiam stimulus, tum, quod in ultimogenito familia longius florere putetur, quia longius vivere præsumitur.

§. 8. Alia adhuc inæqualitas successionis in nostro jure attenditur, puta, quoad res expeditorias & Geradam, quo hanc foeminei, illas masculini sexus heredes capiunt. Res expeditoriaè s. das heergeweht / sunt ea, quibus defunctus in militia usus fuit, & hæ sunt inter filios dividendaè *Carpz. 3. c. 38. d. 31.* & nepotes jure repræsentationis, *nostro art. 75. verb. die Söhne und deren Kinder bekommen des Vatters oder Bruders Kleider und gewehr,* *Carpz. d. l. d. 36.* quibus



bus deficientibus inter agnatos. *Coler. 1. dec. 42. n. 3.* Hoc jus ab Henrico Aucupe introductum. *Gryph. de Weichb. Saxon. 627. num. 6.* etiam apud Saxones observatur, *art. 27. lib. 1.* Cujus simile etiam apud Græcos in usu fuisse videtur, ut scilicet proximus defuncti arma caperet, tanquam virtutis indicia, ut eam ob causam inter Ulysssem & Ajacem magna sit orta contentio de armis Achillis, unoquoque ea sibi arrogante, apud *Ovid. l. 13. Metam.* E contra filia & ulterioris gradus cognata, exclusis omnibus à latere paterno venientibus, etiam à materno masculis licet proximioribus, qui alias ab intestato succederent, prærogativam habent in bonis utensilibus, usque ad quartum gradum, *Canonica comput. art. 64.* Sed doch bleibt der verstorbenen Frawenspersonen Laubguth allezeit an der Spielfeiten beim Weiblichen Geschlechte / &c. Dicuntur hæc bona alias Gerada, *gl. ad art. 24. l. 1. Landtrecht. Suppellex muliebris, Hahn. ad Wes. tit. de suppell. leg. num. 4.* Laubguth nostro *art. d. Ristenpfand. Wehn. in verb. d. der Braut Redung / und alle fräoliche güter. Gryph. Oecon. legal. l. 1. c. 33. n. 132.* communiter Brautwage / quia tempore nuptiarum curru in domum sponsi solet vehi. Comprehenduntur sub his bonis, jumenta, vestimenta, annuli, aliaque quæ ad cultum muliebrem faciunt. *Rochliz. de gerada art. 10. & seq. Wehner. in verb. Gerada stat. Bremens. part. 3. tit. 3. §. 6.* alle des Weibes Kleider / linnen und wollen / Koften und Küssen / betten und laken / als sie das hat bey ihres Mannes zeiten. *nostro art. 65. Besold. Thes. pract. verb. gerada.*

§. 9. Ne autem enormis inæqualitas, quæ iniquitatis posset accusari, inter heredes æquales intercederet, ei obviam iverunt jura, invento modo conferendi bona. Quæ collatio bonorum nihil aliud est, quam bonorum suorum communicatio, sive rei propriæ in commune illatio, ut hereditati communi permixta inter omnes heredes æqualiter dividatur, *l. 20. C. de collat. Wes. tit. de collat. bon. num. 1.* dicitur hoc alias, die güter in gemeiner theilung bringen oder einwerffen. *Hahn. ibid.* In collationem autem venit dos, quæ, quamvis ex edicto Prætoris non conferebatur à filia; *Struv. XXXVII. 39.* tamen, quia pater debet necessariò dotare filiam. *l. 69. §. 4. de jur. dot. l. si C. de dot. promis.* & in iis, quæ quis cogitur necessitate facere, nemo censetur animum donandi ha-



buisse, l. 18. de adim. legat. receptum est, tanquam æquitati conveniens, ut filia quoque suam dotem in commune conferat l. 1. ff. de dot. collat. Hahn. ad Wes. tit. de dot. coll. n. 1. Gaill. 2. obs. 46. n. 10. nostro art. 51. verb. sollen sie mittelst conferirung und wieder einbringung dessen/ was sie bereits empfangen &c. & stat. Jever tit. vulsibbe schölen glicke veel erven. verb. wan susters sind/de unglück uht gebracht sind / wan denn Vader und Moder todt sind / so schölen se ehren Brutschatt wedder inbringen tho rekenschup. Cessat collatio (1) si filia abstinet hereditate, contenta nimirum sua dote l. 1. ff. de dot. collat. & arg. art. 51. verb. da sie wolten. (2) Quando pater ad huc in vivis liberos, assignata iis dote & certâ bonorum portione à se, suisque bonis abdicavit, ut pote quâ contenti esse debent separati Mev. ad l. Lub. l. part. 2. art. 33. n. 3. Jure civili quidem ejusmodi separationes liberorum, quibus adjecta erat conditio de non succedendo parentibus, improbatur l. fin. ff. de suis & leg. hered. l. pactum dotale C. de collat. l. si quando §. C. in off. testam. tamen convenit rationi, quod liberi, accepto aliquo, tanquam legitima per pactum, contra semel placita venire non possint. l. 1. §. si parens ff. si quis parente manum. fuer. Separatur filius filiaque per dotem, quæ olim solis filiabus, ut donatio propter nuptias filii competebat, hodieque vero utrisque & dicitur Aufsteuer / Mev. ad l. Lub. part. 2. tit. 2. art. 34. n. 16. quando de parentis intentione satis constat, art. 51. ita, ut plane excludantur & dissortes fiant, l. illam C. de collat. & ab ulteriori successione removeantur Cothm. cons. 5. n. 89. vol. 1. nostro art. 51. stat. Jever. tit. van Brutschat verb. se schall nicht beth up denn heerd sprecken. (7) Si filius, filiaque, acceptâ certâ bonorû portione, hereditati renunciaverint & conventionem aliquâ animû omittendi successionem futuram declaraverint Richt. dec. 69. n. 23. nostro art. 51. Quamvis, autem ad jura renunciata non detur regressus; l. 14. §. 9. ff. de edil. edict. l. 20. ff. de min., quia quod semel extinctum, non reviviscit; l. eius, qui in fir. ff. de jure fisci l. quaritur. §. pen. ff. de edil. edict. & etiam ob enormissimam læsionem renunciatio non rescindatur, Griph. econ. legal. l. 1. c. 37. n. 100. Struv. XXXIX. 50. non tamen præjudicat sibi renuncians in renunciatâ hereditate, cujus qualitatem ignorat, art. 51. uti nec in eâ, quæ ad hereditatem renunciatam non pertinet, ut sunt collateralium relictâ



relicta bona, licet ibi non, nisi bona paterna reperiantur, *Gail.* 2. *obs.* 148. n. 12. *Gryph. æcon. leg. l. 1. c. 23. n. 104. nostro art. 59.* quia renunciatio uni hereditati, alteram potest petere *arg. l. 12. de vulg. & pup. subst.* Nam omnes renunciatioes sunt strictè interpretandæ, *Menoch. conf. 848. n. 19. & conf. 427. n. 47.* & qui duo jura habet, si renunciat uni, alterum retinet, *Moll. p. 3. conf. Saxon. 15. n. 12.*

§. 10. Non autem conferuntur sumtus, quos pater fecit in filio erudiendo *l. 50. fam. ercisc. l. 2. ff. de collat. bon. Trentl. 1. d. 19. th. 13. Schneid. de fam. ercisc. 7. de action. n. 42. Gryph. d. tract. l. 2. c. 5. n. 147.* Ille enim præsumitur donasse ex favore studiorum & ex officio pii patris, cujus est liberos studiis liberalibus imbueri *l. 6. l. 7. de alim. vel. cib. leg. l. 4. ubi. pup. ed. deb. l. 6. §. 5. de Carbon. edict. Myns. 3. obs. 12. Gryph. d. l. & in præf. de ins. n. 5.* Sicut enim arma & alia, quæ dantur filio eunti in militiam, non conferuntur; *l. 7. C. ad Sct. Maced.*; ita nec impensæ, quæ fiunt in erudiendis filiis. Cum non minùs providere generi humano dicantur, quàm si præliis & vulneribus patriam parentesque servarent. *arg. l. advocati C. de advoc. div. judic.* Idque non tantum procedit in expensis studiorum causa subministratis, verumetiam de expensis, quæ fiunt circa honorem doctoratus, vel magisterii, *l. 1. §. 16. ff. de collat.* illa enim quia non sunt alienabilia, nec ad heredem transmissibilia, non in collationem veniunt *l. omnimodo §. imputari C. de in off. testam. Trentacinq. 1. ref. 5. n. 21. 22. plura fide apud Lutium privileg. 27. Rebuff. priv. 56.* Locum habet collatio, (1) si filius habet adventitia vel castrensia bona. *Schneid. de fam. ercisc. n. 43. 7. de action. nostro art. 76. verb. und noch keine eigene güter hatt.* Nam tunc in dubio præsumitur, patrem suppeditasse sumtus de bonis ipsius filii, *l. fin. ff. de pet. hered.* & quia pater est legitimus administrator adventitiorum, ideo præsumitur has expensas facere administratorio nomine, non suo *l. cum post. §. 1. ff. de admin. tit.* (2) Si sumptus inutiliter consumserit & pseudostudiosus fuerit, quia cessante causâ privilegii ipsum privilegium cessat. *nostro art. 76. verb. Es were dan übel angewendet.* Et sicut alibi dos consumpta à marito solet etiam in partem ipsius filiaë maritataë imputari, ob negligentiam & culpam non exactæ dotis, ita majori jure filio ista pecunia in suam par-



partem computabitur, quia gravius est delictum, quod agendo, quam quod patiendo committitur. (3) Si expensæ sunt immoderatae & excessivæ *Gryph. Oecon. leg. l. 2. c. 5. n. 148. nostro art. 76. verb.* oder auch gar ein übermäßiges / tum, quia in tali casu parens non præsumitur donasse, *arg. l. 2. § 3. § auth. unde si C. de inoff. testam.* tum, quia crumena aurea, quam ad studium juris unà cum ferreo capite & natibus plumbeis requirit Vult. in præf. J. R. multis magis obest, quam prodest, ut ejus exempla affert *Gryph. Oecon. legal. l. 2. c. 8. n. 110.* Immoderatae dicuntur nostro jure impensæ, quæ superant dimidiam partem, quam unus fratrum, expensis non computatis, nactus est, *art. 76. verb. ein übermäßiges an- und über die halbscheidt dessen / was nach abrechnung solcher kosten / einer der andern sonst nur bekommen würde / & tunc fit collatio usque ad dimidium.*


Verum, quia nostri juris præstantia, non alicujus Papiniana in jure adhuc balbutientis explicationibus contenta, abstrusioris pectoris & emunctæ naris Glossatores, illos np. Justitiæ satellites, maximos Oratores & judiciorum Athletas, qui multorum festorum Jovis glandes comederunt, requirit, & lunæ radiis non maturescit botrus, colophonem meæ disputationi addere sui infirmitatis conscius monet animus non mihi, tam de meo labore gratulans, quam de eo, quod bonæ mentis hominibus, meum hunc conatum prodromum esse perfectiorum, judicandi, melioribus, meliora suscipiendi, malis, calumniandi & nasutulis corrigendi, ansam præbuerim.

F I N I S.











Bremen, Diss., 1640-1774

ULB Halle 3  
004 515 48X




f

sb.

WDA











*Thema pro nov. Rustringlæ*

*XVIII. 19 7*

NOMOTHESIA ANTHON - GUN-  
TERIANA GLOSSATA

*sive*

JURIS PROVIN-  
CIALIS RUSTRINGLÆ  
TRANS-JADANÆ

*1676, 2*

(Vulgò Stadt und Butjadingerlandt)

DISQUISITIO JURIDICA

Quam

Sub

*Auxilio à Domino*

et

PRÆSIDIO

*Nobilissimi, Amplissimi & Consultiissimi*

DN. HERMANNI *Schönen/*

J. U. Doctoris & Pandect. Professoris publici,

Præceptoris sui quavis animi promittudine  
piè devenerandi,

Bremâ, post quinquennale studium ad Academias  
abituariens,

*Publica Eruditorum censura offert*

HENRICUS HODDERSEN

Trans-Jadan-Fris: Author.

*Ad diem XXII. April. in Auditorio Juridico*

*18*

Bremæ Typis Hermannii Braueri, ibidem illustris Gymnasii  
Typographi, Anno M. DC LXXVI.

*(Diss. inv. vol. 108)*

